

§ 6.—Non solum autem ad res proprias testatoris legatas, sed et alienas lex pertinet.

§ 7.—Et omne, quod ex bonis defuncti erogatur, refertur ad hanc legem, sive in corpore constet certo incertove, sive pondere, numero, mensura valeat, aut etiam si ius legatum sit, ut usufructus, aut quod in nominibus est.

§ 8.—Item si ita legatum sit: «heres meus Seio penum dato, si non dederit, decem dato», quidam putant, omnimodo in legato decem esse, penum autem mortis causa capi, nec in Falcidiam imputare id heredem posse. Ego autem didici, si in continenti heres penum solverit, videri hoc legatum esse, et in legem Falcidiam imputari posse; et quod dixi in continenti, ita accipiendum: cum aliquo spatio. Quodsi iam mora facta solverit heres penum, tunc nec legatum eum accepisse, nec in Falcidiam imputari posse; iam enim transfusum legatum esse, et decem deberi. Idemque erit, et si ab initio ita legatum datum sit: «si penum non dederit, decem dato», quia hic penus non est legata; et penus si datur, mortis causa capitur, quia deficit legati conditio.

§ 9. (1)—Si usufructus legatus sit, qui et dividi potest, non sicut ceterae servitutes individuae sunt, veteres quidem aestimandum totum usufructum putabant, et ita constituendum, quantum sit in legato, sed Aristo a veterum opinione recessit; ait enim, posse quartam partem ex eo, sicut ex corporibus, retineri; idque Iulianus recte probat. Sed operis servi legatis, quum neque usus, neque usufructus in eo legato esse videtur, necessaria est veterum sententia, ut sciamus, quantum est in legato, quia necessario ex omnibus, quae sint facti, pars decedere debet, nec pars operae intelligi potest. Imo et in usufructu, si quaeratur, quantum hic capiat, cui usufructus datus est, quantum ad ceterorum legatorum aestimationem, aut etiam huius ipsius, ne dodrantem excedat legatum, necessario ad veterum sententiam revertendum est.

§ 10.—Si quis creditor suo, quod debet, legaverit, aut inutile legatum erit, si nullum commodum in eo versabitur, aut si propter repraesentationis, puta, commodum utile erit, lex quoque Falcidia in eo commodo locum habebit.

§ 11.—Si legatarius possessionem nactus est, et non potest avocari ei res, quia voluntate heredis errantis nactus est possessionem, dabitur actio heredi, ut id, quod supra dodrantem est, afferatur (2).

§ 12.—Interdum omnimodo necessarium est, solidum solvi legatario interposita stipulatione: «quanto amplius, quam per legem Falcidiam ceperit, reddi», veluti si, quae a pupillo legata sint, non excedant modum legis Falcidiae. Veremur autem,

§ 6.—Mas no solamente es aplicable la ley á los bienes legados propios del testador, sino también á los ajenos.

§ 7.—Y se refiere á esta ley todo lo que se saca de los bienes del difunto, ora conste de cuerpo cierto ó incierto, ora valga por peso, número ó medida, ó también si se hubiera legado un derecho, como el usufruto, ó cosa que consiste en créditos.

§ 8.—Asimismo, si se hubiera legado así: «dé mi heredero á Seyo los comestibles, y si no se los diere, déle diez», opinan algunos que de todos modos se comprenden los diez en el legado, pero que los comestibles se adquieren por causa de muerte, y el heredero no puede computarlos para la Falcidia. Pero yo aprendí, que si el heredero hubiere entregado inmediatamente los comestibles, se considera que estos fueron legados, y que podían ser computados para la ley Falcidia; y lo que dije que inmediatamente, se ha de entender así: con algún intervalo. Pero que si el heredero hubiere entregado los comestibles habiendo ya causado mora, entonces ni él recibió un legado, ni podía computarse éste para la Falcidia; porque ya se había refundido el legado, y se debían los diez. Y lo mismo será, también si desde un principio se hubiera dado así el legado: «si no hubiere dado los comestibles, dé diez», porque en este caso no se legaron los comestibles; y si se dan los comestibles, se adquieren por causa de muerte, porque falta la condición del legado.

§ 9.—Si se hubiera legado el usufruto, que también se puede dividir, no como las demás servidumbres, las cuales son indivisibles, opinaban ciertamente los antiguos que el usufruto había de ser estimado en totalidad, y que de esta manera se había de determinar cuánto importe el legado; pero Arístón se separó de la opinión de los antiguos; porque dice, que se podía retener de él la cuarta parte, como de las cosas corporales; y esto mismo aprueba con razón Juliano. Pero legado el trabajo de un esclavo, como en este trabajo no se considera comprendido ni el uso, ni el usufruto, es necesario seguir la opinión de los antiguos para que sepamos cuánto está comprendido en el legado, porque necesariamente se debe separar una parte de todos los que consistan en hecho, y no se puede concebir parte del trabajo. Aun también en el usufruto, si se preguntara cuánto percibe aquel á quien le fué dado el usufruto, se ha de volver por necesidad á la opinión de los antiguos en cuanto á la estimación de los demás legados, ó aun también á la de este mismo, para que el legado no exceda de los tres cuartos.

§ 10.—Si alguno hubiere legado á su acreedor lo que le debe, ó será inútil el legado, si en él no resultare ningún provecho, ó si fuere útil, por ejemplo, por el provecho del pago en efectivo, también tendrá lugar la ley Falcidia respecto á este provecho.

§ 11.—Si el legatario adquirió la posesión, y no se le puede reclamar la cosa, porque adquirió la posesión por voluntad del heredero que erró, se dará acción al heredero para que se quite lo que excede de los tres cuartos.

§ 12.—A veces es absolutamente necesario que se le pague la totalidad al legatario interpuesta esta estipulación: «que se devuelva cuanto hubiere percibido de más que por la ley Falcidia», por ejemplo, si las cosas que se legaron á cargo de un pupi-

(1) Véanse los *Fragmentos Vatic.* § 68.

(2) Según todas las ed. citadas por Br.; offeratur, el código Fl.

ne impubere eo mortuo alia legata inveniantur, quae contributione facta excedant dodrantem. Idem dicitur, et si principali testamento quaedam sub conditione legata sunt, quae an debeantur, incertum est; et ideo si heres sine iudice solvere paratus sit, prospiciet sibi per hanc stipulationem.

§ 13.—Id, quod ex substitutione coheredis ad coheredem pervenit, proficit legatariis; is enim similis est heres ex parte pure, ex parte sub conditione heredi instituto. Sed ea, quae ab eo legata sunt, si omiserit hereditatem (1), non augebuntur, scilicet si ab eo nominatim data sunt, non: «quisquis mihi heres erit».

§ 14.—Si coheredis mei portio exhausta sit, mea integra, et illam vindicavero; Cassius confundendas esse partes existimat, Proculus contra, in qua specie et Iulianus Proculo assensit; quam sententiam probabilior esse puto. Sed et Divus Antoninus iudicasse dicitur, commiscendas esse utrasque partes in computatione legis Falcidia.

§ 15.—Si coheredem meum post aditam hereditatem arrogavero, non dubitabitur, quin separandae sint portiones, perinde atque si coheredi meo heres exiitsem.

§ 16.—Si in annos singulos legatum sit Titio, quia multa legata et conditionalia sunt, cautioni locus est, quae in Edicto proponitur: QUANTO AMPLIUS ACCIPIT (2) REDDI.

§ 17.—Id, quod natura hereditati debetur, et peti quidem non potest, solum vero non repetitur, non esse computandum in hereditate quidam putant. Sed Iulianus et haec ex eventu augere patrimonium, aut non augere existimat, et hereditario iure id quoque capi, ideoque et in restitutionem hereditatis venturum.

§ 18.—Si debitor creditori heres existat, quamvis confusione liberetur, tamen locupletior hereditatem percipere videtur, ut computetur ei, quod debet, quamvis aditione confusum sit.

§ 19.—De impensa monumenti nomine facta quaeritur, an deduci debeat. Et Sabinus ita deducendum putat, si necessarium fuerit, monumentum exstruere. Marcellus consultus, an funeris monumentique impensa, quantam testator fieri iussit, in aere alieno deduci debeat, respondit, non amplius eo nomine, quam quod funeris causa consumtum est, deducendum; nam eius, quod in exstructionem monumenti erogatum est, diversam esse causam, nec enim ita monumenti aedificationem necessariam esse, ut sit funus ac sepultura; idcirco eum, cui pecunia ad faciendum monumentum legata sit, Falcidiam passurum.

2. MARCELLUS libro XXII. Digestorum.—Nec amplius concedendum erit, quam quod sufficiat ad speciem modicam monumenti.

lo no excedieran del limite de la ley Falcidia. Pero tememos que muerto este impubero no se hallen otros legados, que, hecha la cuenta, excedan de los tres cuartos. Lo mismo se dice, si en el testamento principal se legaron bajo condición algunas cosas que es incierto si se deben; y por lo tanto, si el heredero estuviera dispuesto á pagar sin intervencion del juez, mirará por sí con esta estipulación.

§ 13.—Lo que por virtud de la substitutione de un coheredero va á otro coheredero, aprovecha á los legatarios; porque este heredero es semejante al heredero instituido puramente en una parte, y bajo condición en otra. Pero no se aumentarán los legados que se dejaron á su cargo, si hubiere rehusado la herencia, por supuesto, si determinadamente fueron dejados á su cargo, y no así: «cualquiera que fuere mi heredero».

§ 14.—Si hubiera sido agotada la parte de mi coheredero, y la mía estuviese integra, y yo reivindicare aquella, opina Cassio que se han de confundir las partes, y Próculo por el contrario, en cuyo caso también Juliano conviene con Próculo; cuya opinión creo que es más aceptable. Pero se dice que también el Divino Antonino juzgó que se deben unir ambas partes para la computación de la ley Falcidia.

§ 15.—Si yo hubiere adrogado á mi coheredero después de haber sido adida la herencia, no se duda que se habrán de separar las porciones lo mismo que si yo hubiese quedado heredero de mi coheredero.

§ 16.—Si á Ticio se le hubiera legado para cada año, como quiera que son muchos y condicionales los legados, ha lugar á la caución que se establece en el Edicto: «que se devuelva lo que recibe de más».

§ 17.—Lo que naturalmente se le debe á la herencia, y no puede ciertamente ser pedido, pero que pagado no se repite, opinan algunos que no ha de ser computado en la herencia. Pero Juliano opina que también estas cosas aumentan ó no aumentan, según el resultado, el patrimonio, y que también se adquiere esto por derecho de herencia; y que por tanto ha de ir también comprendido en la restitución de la herencia.

§ 18.—Si el deudor quedase heredero del acreedor, aunque por la confusión se haría libre, se considera, sin embargo, que recibe una herencia más pingüe para que se le compute lo que debe, aunque por la adición se haya confundido.

§ 19.—Respecto á los gastos hechos por razón de un monumento se pregunta si se deberán deducir. Y opina Sabino que se han de deducir en este caso, si hubiere sido necesario levantar el monumento. Consultado Marcelo, si se debían deducir como deuda los gastos de funeral y de monumento, de la cuantía que el testador mandó que se hicieran, respondió, que no se ha de deducir por tal título más que lo que se gastó por causa del funeral; porque era diversa la causa de lo que se invirtió en la construcción del monumento, pues no era tan necesaria la construcción del monumento, como son el funeral y la sepultura; y por lo tanto, aquel á quien se le hubiera legado dinero para hacer un monumento habrá de soportar la Falcidia.

2. MARCELO; Digesto, libro XXII.—Y no se habrá de conceder más de lo que baste para una moderada especie de monumento.

(1) aditionem, Hal.

(2) CEPERIT, Hal.

3. PAULUS libro singulari ad legem Falcidiam.—Si heres institutus eam hereditatem, quae solvendo non est, vendiderit, vix quidem poterit persuaderi, non fuisse eam hereditatem solvendo, quae emptorem invenerit; vera autem ratione nihil legatariis debetur, quia magis ex stultitia emptoris habere videtur heres institutus, quam ex bonis defuncti. Nam et e contrario, si male vendiderit res hereditarias, non erit hoc legatariorum detrimentum; ita ergo commodum debet esse (1) heredis, si bene res administraverit.

§ 1.—Sed et si is, qui solvendo non est, legaverit, et heres cum creditoribus deciderit, ne solidum solveret, et ob eam decisionem factum sit, ut aliquid retineret, nihil tamen legatariis debetur, quia eam pecuniam non ex hereditate, sed ex decisione habet.

§ 2.—Item si Reipublicae in annos singulos legatum sit, quum de lege Falcidia quaeratur, Marcellus putat, tantum videri legatum, quantum sufficiat sorti ad usuras trientes eius summae, quae legata est, colligendas.

4. PAPINIANUS libro XVI. Quaestionum.—Fundo legato mihi sub conditione, pendente legati conditione heres me heredem instituit, ac postea legati conditio extitit; in Falcidiae ratione fundus non iure hereditario, sed legati, meus esse intelligitur.

5. IDEM libro VIII. Responsorum.—Verbis legati vel fideicommissi non necessarie (2) civitati relinquitur, quod ex causa pollicitationis praestari necesse est. Itaque si debiti modum testamento dominus excessit, superfluum duntaxat Falcidia minuetur; quare nec fidei committi legatarii poterit. Quodsi dies aut conditio legatum fecerit, non utilitatis aestimatio, sed totum petetur, quod datum est; nec si vivo testatore dies venerit, aut conditio fuerit impleta, fiet irritum, quod semel competit.

6. VENULEIUS libro XIII. Stipulationum.—Si vir uxori heres extiterit, et in funus eius impenderit, non videbitur totum quasi heres impendere, sed deducto eo, quod quasi dotis nomine, quam lucrificat, conferre debuerit.

7. PAPINIANUS libro VII. Quaestionum.—Lege Falcidia interveniente legata servitus, quoniam dividi non potest, non aliter in solidum restituetur, nisi partis offeratur aestimatio.

8. IDEM libro XIV. Quaestionum.—In lege Falcidia (3) aeris alieni rationem (4) in hereditate relicti, quod unus ex heredibus solvere damnatus sit, ipse solus habebit.

9. IDEM libro XIX. Quaestionum.—In Falcidia

(1) *Taur. según la escritura original; cum commodum esse debet heredis, corrección del código Fl., Br.*

(2) *Taur. según corrección del código Fl.; necessariae, la escritura original, Br.*

3. PAULO; Comentarios a la ley Falcidia, libro unico.—Si el heredero instituido hubiere vendido la herencia, que no es solvente, a la verdad, difícilmente se podrá persuadir de que no fué solvente una herencia que haya encontrado comprador; mas con verdadero fundamento nada se deberá a los legatarios, porque se considera que el heredero instituido tiene más bien por necesidad del comprador, que por los bienes del difunto. Porque también por el contrario, si hubiere malvendido los bienes de la herencia, este no será perjuicio de los legatarios; así pues, el provecho será del heredero, si hubiere administrado bien los bienes.

§ 1.—Pero si hubiere legado el que no es solvente, y el heredero hubiere decidido con los acreedores que no pagaría la totalidad, y por virtud de esta decisión hubiera sucedido que retuviese alguna cosa, no deberá, sin embargo, nada a los legatarios, porque no tiene esta cosa por la herencia, sino por la decisión.

§ 2.—Asimismo, si a la República se le hubiera legado para cada año, tratándose de la ley Falcidia, opina Marcelo que se considera legado tanto cuanto basta a un capital para que al cuatro por ciento se obtengan intereses, de la misma suma que fué legada.

4. PAPINIANO; Cuestiones, libro XVI.—Habiéndoseme legado bajo condición un fundo, estando pendiente la condición del legado el heredero me instituyó heredero, y después se cumplió la condición del legado; en la cuenta de la Falcidia se entiende que el fundo es mío no por derecho de herencia, sino de legado.

5. EL MISMO; Respuestas, libro VIII.—Con palabras de legado ó de fideicomiso no se deja necesariamente a una ciudad lo que es necesario que se le dé por causa de promesa. Y así, si en el testamento el dueño se excedió de la cuantía de la deuda, solamente el exceso se disminuirá por la Falcidia; por lo cual ni podrá ser encomendado a la fidelidad del legatario. Pero si el término ó la condición constituyere el legado, no se pedirá la estimación de la utilidad, sino todo lo que se dió; y si viviendo el testador llegare el vencimiento, ó se hubiere cumplido la condición, no se hará irrito el que una vez correspondió.

6. VENULEYO; Estipulaciones, libro XIII.—Si el marido hubiere quedado heredero de la mujer, y hubiere gastado en sus funerales, no se considerará que lo gastó todo como heredero, sino deducido aquello con que hubiere debido contribuir como por razón de la dote que gana.

7. PAPINIANO; Cuestiones, libro VII.—Mediante la ley Falcidia, la servidumbre legada, como quiera que no se puede dividir, no se dará por completo de otro modo, sino si se ofreciera la estimación de la parte.

8. EL MISMO; Cuestiones libro XIV.—En la ley Falcidia la cuenta de una deuda dejada en la herencia, que uno solo de los herederos haya sido condenado a pagar, le corresponderá a este sólo.

9. EL MISMO; Cuestiones, libro XIX.—En la ley

(3) *Hal. Vulg.; in legem Falcidiam, et código Fl.*

(4) *ratione, Hal.*

placuit, ut fructus postea percepti, qui maturi mortis tempore fuerunt, augeant hereditatis aestimationem fundi nomine, qui videtur illo in tempore fuisse pretiosior.

§ 1.—Circa ventrem ancillae nulla temporis admissa distinctio est; nec immerito, quia partus nondum editus homo non recte fuisse dicitur.

10. IDEM libro XX. *Quaestionum*.—Quod supra quadrantem apud (1) heredem potest pervenire, supra dodrantem in pecuniam (2) legatum non onerat heredem, veluti hereditas pupilli, si forte substitutus sit exheredato, qui patri pupilli heres extitit.

11. IDEM libro XXIX. *Quaestionum*.—In ratione legis Falcidiae retentiones omnis temporis heredi in quadrantem imputatur.

§ 1.—Si servus sub conditione libertate data, vita decessit, si quidem impleta conditio quandoque fuerit (3), heredi non videbitur periisse, quodsi defecerit, in contrarium ratio trahit, sed, quanti statuliber moriens fuisse videbitur.

§ 2.—Imperator Marcus Antoninus decrevit, heredes, quibus pars bonorum ablata est, non in ampliorem partem, quam pro ea parte, quae relicta est, legatorum nomine teneri.

§ 3.—Quum quidam parte dimidia bonorum adempta fuisset relegatus, idemque provocatione interposita testamento postea facto obiisset, atque post mortem eius non iuste appellatum, esset pronuntiatum, quaesitum est, utrum aeris alieni loco pars dimidia abscederet, ut residua sola videretur fuisse in bonis, an vero succurri heredi necessarium esse videbitur? Sed videtur, succurri debere, quum animus litigantis et obtinendi votum hanc opinionem admittit.

§ 4.—Si servus testamento manumissus ante aditam hereditatem decedat, heredi quidem periisse intelligitur; sed cuius pretii erit, qui, si viveret, non aestimaretur? Nam et eos, qui moriente domino ea valetudine affecti fuerant, ut eos non posse vivere certum esset, tamen, si postea moriantur, hereditati periisse responsum est. Nec aliud in his, qui sub eodem tecto fuerunt, quum dominus a familia necaretur.

§ 5.—Quod vulgo dicitur, in tabulis patris et filii unam Falcidiam servari, quam potestatem habeat, videndum est. Quamvis enim substitutus, quae a pupillo relicta sunt, quum filius heres extitit, ut aes alienum quodlibet debeat, tamen propter ea, quae data sunt tabulis secundis, contributioni locus est. Secundum quae poterit evenire, ne substitutus quidquam retineat, velut (4) longe plus habeat quartae (5) paternae hereditatis. Quid ergo, si non sufficiat pupilli hereditas legatis, quum patris sufficisset? De suo quadrante nimirum dabit substitutus, quoniam (6) pater legavit de suo, nec ad

Falcidia se determinó, que los frutos percibidos después, y que estuvieron maduros al tiempo de la muerte, aumenten la estimación de la herencia por razón del fundo, que se considera fué de más valor en aquel tiempo.

§ 1.—En cuanto á lo que está en el vientre de una esclava no se admitió ninguna distinción de tiempo; y no sin razón, porque el parto que aun no ha sido dado á luz no se dice con razón que sea un hombre.

10. EL MISMO; *Cuestiones, libro XX*.—Lo que además de la cuarta parte puede ir á poder del heredero no grava al heredero sobre las tres cuartas partes legadas en dinero, por ejemplo, la herencia de un pupilo, si acaso hubiere sido substituido al desheredado, que quedó heredero del padre del pupilo.

11. EL MISMO; *Cuestiones, libro XXIX*.—En la cuenta de la ley Falcidia se le computan al heredero en la cuarta parte las retenciones de todo tiempo.

§ 1.—Si habiéndosele dado bajo condición la libertad falleció el esclavo, no se considerará que falleció para el heredero, si verdaderamente la condición hubiere sido cumplida en algún tiempo, pero si hubiere faltado, la razón lleva á lo contrario, mas se considerará cuanto valió al morir el instituido libre bajo condición.

§ 2.—El Emperador Marco Antonino decretó, que los herederos, á quienes se quitó parte de los bienes, no estaban obligados por razón de los legados por mayor parte que la que se les dejó.

§ 3.—Como habiéndosele quitado la mitad de los bienes hubiera sido uno relegado, y éste mismo, habiendo interpuesto apelación, hubiese fallecido después de haber hecho testamento, y se hubiese fallado después de su muerte que no se apeló con justicia, se preguntó, ¿se separaría en calidad de deuda la mitad, de suerte que se considerase que en los bienes no hubo más que solos los restantes, ó se considerará que es necesario que se ampare al heredero? Mas parece que se le debe amparar, porque la intención del litigante y el deseo de ganar admiten esta opinión.

§ 4.—Si el esclavo manumitido en un testamento falleciera antes de adida la herencia, se entiende que ciertamente pereció para el heredero; ¿pero de qué precio será el que si viviera no sería valorado? Porque se respondió, que perecen para la herencia también los que al morir el señor estaban atacados de tal enfermedad, que fuese cierto que no podían vivir, si, no obstante, muriesen después. Y no otra cosa se dice respecto á los que estuvieron bajo un mismo techo cuando el señor fuese muerto por los esclavos.

§ 5.—Se ha de ver cual sea la eficacia de lo que vulgarmente se dice, que en los testamentos del padre y del hijo se guarda una sola Falcidia. Porque aunque el substituto deba como una deuda cualquiera lo que se dejó á cargo del pupilo, cuando el hijo quedó heredero, sin embargo, ha lugar á la contribución por razón de lo que se dió en el segundo testamento. Según lo que podrá suceder, que el substituto no retenga cosa alguna, ó que tenga mucho más de la cuarta parte de la herencia paterna. ¿Luego, qué se dirá, si la herencia del pupilo no bastara para los legados, cuando hubiese

(1) ad, *acertadamente Hal. y la Vulg.*

(2) in pecunia, *Hal. y la Vulg.*

(3) *Taur. según la escritura original; impleta conditio fuerit quandoque, corrección del códice Fl., Br.*

(4) vel ut, *Hal.*

(5) quarta, *Hal.*

(6) quae, *la Vulg.*

rem pertinet, quod ex nullo testamento præstatul ultra vires patrimonii, quum in hac parte iuris legata, quæ tabulis secundis relinquuntur, quasi primis sub conditione relicta intelliguntur.

§ 6.—Si filio suo duos substituerit, et alterius portionem oneraverit, tractari solet, an ex persona sua Falcidiam possit inducere substitutus, quam pupillus non haberet, vel unus pupilli substitutus. Et facile quis dixerit consequenter prioribus, quæ de patrimonii ratione dicta sunt, non esse Falcidiae locum, et ultra vires portionis conveniendum alterum substitutum. Sed verior est diversa sententia perinde huic quartam relinquendam existimantium, atque ita si (1) patri heres extitisset; ut enim opes (2) patris et contributio legatorum inde (3) capiunt et formam, et originem, ita plures substituti subducta persona pupilli revocandi sunt ad intellectum institutionis (4). Quid tamen dicemus de altero substituto, qui non est oneratus, — si forte nondum legata pupillus a se relicta solvit, et aliquid ultra dodrantem sit—, in omnibus et ipsum Falcidiam habiturum? Atquin quartam habet, neque idem patitur instituti comparatio. Rursus si negemus, aliud aperte, quam quod vulgo probatum est, responderetur. Itaque varietas existet, ut is quidem, qui proprio nomine oneratus est, velut institutus desideret quartam, alter autem, qui non est oneratus, ut substitutus, licet portio largiatur eius, non in solidum conveniatur propter calculi confusionem. Huic consequens est, ut, si pupillo de Falcidia cautum fuit, duobus committatur stipulatio, videlicet in eam quantitatem, quam unusquisque sibi retinere potuisset.

§ 7.—Quæsitum est, si quis pupillo coheredem substituisset, quemadmodum legis Falcidiae ratio inquiri debeat, et quale sit (5), quod vulgo diceretur, legatorum rationem separandam. Dixi, quantum ad legata, quæ pater a filio, item a substituto reliquit, nullam fieri posse separationem, quum communi calculo subiiciantur, et invicem inducant contributionem; sed legata, quæ ab instituto (6) extero data sunt, permisceri ceteris non oportere, ideoque quartam pupillo datae portionis habere substitutum, quamvis suam portionem habeat, ut institutus; et aliam causam esse eius, qui ex variis portionibus heres scriberetur; ibi enim legatorum confundi rationem non minus, quam si semel fuisset nuncupatus ex ea portione, quæ conficeretur ex pluribus; neque referre, pure sæpe, an sub diversis conditionibus sit heres institutus.

§ 8.—Si quis exheredato filio substituit heredem institutum, et ab eo tabulis quoque secundis legaverit, necessario ratio confundetur, quum ideo legata valere dixerit Iulianus a substituto relicta, quod idem patri heres extiterit.

(1) atque si ita, *Hal. y la Vulg.*
 (2) opus, *Hal.*
 (3) vim, *la Vulg.*
 (4) substitutionis, *la Vulg.*

bastado la del padre? Sin duda el substituto dará de su propia cuarta parte, porque el padre legó de lo suyo, y no importa al caso que por ningún testamento se da más de la cuantía del patrimonio, porque en esta parte del derecho los legados que se dejan en el segundo testamento se entienden como dejados bajo condición en el primero.

§ 6.—Si uno hubiere dado dos substitutos á su hijo, y gravado la porción de uno de ellos, se suele discutir si por razón de su propia persona podría el substituto sacar la Falcidia, que no tendría el pupilo, ó el único substituto del pupilo. Y fácilmente dirá alguno á consecuencia de lo anterior, que se ha dicho sobre la cuenta del patrimonio, que no ha lugar á la Falcidia, y que el otro substituto ha de ser demandado por más de la cuantía de su porción. Pero es más verdadera la opinión contraria de los que piensan que se ha de dejar á éste la cuarta lo mismo que si de este modo hubiese sido heredero del padre; porque así como el haber del padre y la contribución de los legados toman de allí forma y origen, así muchos substitutos, desaparecida la persona del pupilo, han de ser comprendidos en el sentido de la institución. ¿Pero ¿qué diremos del otro substituto, que no fué gravado, — si acaso el pupilo aun no pagó los legados dejados á su cargo, y excedieran algo de los tres cuartos —, tendrá también el la Falcidia sobre todos los bienes? Mas tiene la cuarta, y no comporta lo mismo la comparación del instituido. A su vez si lo negáremos, se responde claramente cosa distinta de lo que vulgarmente se ha aprobado. Y así habrá esta diferencia, que éste, ciertamente, que fué gravado en su propio nombre, pretenderá la cuarta como instituido, y el otro, que no fué gravado, aunque su porción sea suficiente, no será demandado por la totalidad, como substituto, por razón de la confusión del cálculo. A esto es consiguiente, que si al pupilo se le hubiera dado caución por la Falcidia, se verifique la estipulación para los dos, á saber, por aquella cantidad que cada uno hubiese podido retener para sí.

§ 7.—Se preguntó, si uno hubiese substituido al pupilo un coheredero, de qué modo se deberá averiguar la cuenta de la ley Falcidia, y cual sea el sentido de lo que vulgarmente se dice, que se ha de separar la cuenta de los legados. Dije, que en cuanto á los legados que el padre dejó á cargo del hijo, así como á cargo del substituto, no se podía hacer ninguna separación, porque se sujetan á un cálculo común, é inducen recíprocamente la contribución; pero que los legados, que se dieron á cargo de un instituido extraño, no se debían mezclar con los demás, y que por lo tanto el substituto tenía la cuarta de la porción dada al pupilo, aunque tenga su porción como instituido; y que otro era el caso del que fuese instituido heredero de varias porciones; porque entonces se confundía la cuenta de los legados, no de otra suerte que si una sola vez hubiese sido llamado por aquella porción, que se formaría de muchas; y que no importa que el heredero hubiera sido instituido puramente muchas veces, ó bajo diversas condiciones.

§ 8.—Si al hijo desheredado le substituyó alguno el heredero instituido, y á cargo de éste hubiere legado también en el segundo testamento, por necesidad se confundirá la cuenta, porque dijo Iuliano, que los legados dejados á cargo del substituto eran válidos por esto, porque él mismo quedó heredero del padre.

(5) *Hal.*; est, *el código Fl.*
 (6) a substituto, *Hal.*

12. *IDEM libro XXX. Quaestionum.* — Si debitor, creditore herede instituto petiisset, ne in ratione legis Falcidiae ponenda creditum suum legatariis reputaret, sine dubio ratione doli mali exceptionis apud arbitrum Falcidiae defuncti voluntas servatur.

13. *IDEM libro XXXVII. Quaestionum.* — Si tacitum fideicommissum servus iniungente domino susceperit, habiturum eum legis Falcidiae beneficium, quia parere domino debuit, constitutum est. Idemque placuit in filio, qui (1) fuit in patris potestate.

14. *IDEM libro IX: Responsorum.* — Pater filiam, quae a viro diverterat, heredem pro parte instituit, et ab ea petiit (2), ut fratri et coheredi suo portionem hereditatis acceptam deducta sexta restitueret, admissa compensatione dotis in Falcidiae ratione; si pater dotem consentiente filia non petiisset, Falcidiam quidem iure hereditario, dotem autem iure proprio filiam habituram respondi, quia dos in hereditate patris non inveniretur.*

§ 1. — Avia nepotibus heredibus institutis fideicommissit, ut omissa retentione, quae per legem Falcidiam ex alio testamento competebat, solida legata fratribus et coheredibus solverent; recte datum fideicommissum respondi, sed huius quoque onus in contributionem venire.

§ 2. — Duobus impuberibus substitutum utrique heredem existentem in alterius hereditate Falcidia non uti convenit, si de bonis alterius impuberis quartam partem hereditatis patris, quae ad filios pervenerit, retineat.

§ 3. — Quodsi frater fratri legitimus heres extitit, et impuberi supremo substitutus, portio quidem paternorum bonorum, quam intestatus puer (3) accepit, rationi Falcidiae non confundetur, sed quartam eius tantum portionem substitutus retinebit, quam impubes accepit, qui substitutum habuit.

15. *IDEM libro XIII. Responsorum.* — Quod bonis iure Falcidiae contribuendum est a debitore, cui mortis causa pacto debitum remissum est, in factum concepta replicatione retinebitur.

§ 1. — Frater, quum heredem sororem scriberet, alium (4) ab ea, cui donatum volebat, stipulari curavit, ne Falcidia uteretur, et ut certam pecuniam, si contra fecisset, praestaret; privatorum cautione legibus non esse refragandum constituit; et ideo sororem iure publico retentionem habituram, et actionem ex stipulatu denegandam.

§ 2. — Non idcirco minus Falcidiae rationem in ceteris annuis legatis admitti visum est, quod primo ac secundo anno sine ulla detractioe fuissent legatario soluta.

§ 3. — Quod avus ex causa tutelae nepoti debuit,

12. *EL MISMO; Cuestiones, libro XXX.* — Si el deudor, habiendo sido instituido heredero el acreedor, hubiese pedido que en la cuenta de la ley Falcidia que se ha de hacer no les computase su propio crédito á los legatarios, sin duda que por razón de la excepción de dolo malo se mantiene ante el árbitro de la Falcidia la voluntad del difunto.

13. *EL MISMO; Cuestiones, libro XXXVII.* — Si mandándoselo su señor un esclavo se hubiere encargado de un fideicomiso tácito, se estableció que él habiá de tener el beneficio de la ley Falcidia, porque debió obedecer á su señor. Y lo mismo se determinó respecto al hijo, que estuvo bajo la potestad de su padre.

14. *EL MISMO; Respuestas, libro IX.* — Un padre instituyó heredera de parte á una hija, que se había divorciado de su marido, y le pidió que restituyese á su hermano y coheredero, deducida la sexta parte, la porción de herencia recibida, admitiendo la compensación de la dote en la cuenta de la Falcidia; respondi, que si el padre no hubiese pedido la dote con el consentimiento de la hija, tendrá la hija la Falcidia ciertamente por derecho de herencia, y la dote por derecho propio, porque no se hallaría la dote en la herencia del padre.

§ 1. — Una abuela, habiendo instituido herederos á sus nietos, encomendó á su fidelidad, que, prescindiendo de la retención que por la ley Falcidia les competía por el otro testamento, pagasen integros los legados á sus hermanos y coherederos; respondi, que el fideicomiso estuvo bien dado, pero que también la carga de este se comprendía en la contribución.

§ 2. — No es conveniente que el substituido á dos impúberos, que queda heredero de ambos, use de la Falcidia en la herencia de uno, si de los bienes del otro impúbero retuviera la cuarta parte de la herencia del padre, que hubiere ido á los hijos.

§ 3. — Pero si un hermano quedó heredero legitimo del hermano, y substituido al último impúbero, ciertamente no se confundirá para la cuenta de la Falcidia la porción de los bienes paternos, que el joven intestado recibió, sino que el substituto retendrá solamente la cuarta porción de aquel, que recibió el impúbero que tuvo substituto.

15. *EL MISMO; Respuestas, libro XIII.* — Aquello con que por derecho de Falcidia se ha de contribuir á los bienes por un deudor, á quien con pacto por causa de muerte se le remitió la deuda, se retendrá habiéndose formulado la réplica por el hecho.

§ 1. — Un hermano, al instituir heredera á su hermana, cuidó de que otro, á quien quería hacer una donación, estipulase de ella, que no usaría de la Falcidia, y que pagaría cierta cantidad, si hubiese hecho lo contrario; fué constante que no se debe contrariar á las leyes por convenio de los particulares; y que por lo tanto la hermana habrá de tener por derecho público la retención, y se ha de denegar la acción de lo estipulado.

§ 2. — No porque en el primer y en el segundo año se le hayan pagado sin ninguna disminución al legatario, se consideró que no se admitía la cuenta de la Falcidia en los demás legados anuales.

§ 3. — Lo que el abuelo le debió por causa de tu-

(1) filia, quae, *Hal.*

(2) *Hal. y la Vulg.*; petit, *el códice Fl.*

(3) pure, *Hal.*

(4) haeredem, *inserta Hal.*

quum avo nepos solus heres extitisset, ratio Falcidia si poneretur, in aere alieno bonis deducendum respondi, nec ad rem pertinere, quod heredem avus, idemque tutor rogaverat, ut, si sine liberis ante certam aetatem decederet, tam hereditaria, quam propria bona restitueret; non enim ex hoc hereditatem debito compensatam videri, quum vel ideo maxime declaretur, non esse compensationem factam, quoniam heredem suum habere propria bona defunctus ostendit. Plane si conditio fideicommissi fuerit impleta, fructus hereditatis post mortem avi percepti pari pecunia debito tutelae compensabuntur, sed quartam heres nepotis (1) de bonis duntaxat, quae moriens avus reliquit, retinebit.

§ 4.—Quum fideicommissum ex voluntate matris a patre moriente debitum (2) filio pater hereditate sua (3), quam in filium conferebat, compensari voluit (4), quod filio debetur, si ratio Falcidiae poni coeperit, fini quadrantis, quem ex bonis patris cum effectu percepit, compensabitur, atque ita superfluum aeris alieni dodranti tantum detrahetur.

§ 5.—Ex donationibus in uxorem collatis quod heres eius reddere viro cogitur, in bonis mulieris non erit; nam ita fit locupletior, ut tanto pauperior esse videatur; quod autem heres inde minuit, viro non perit.

§ 6.—Fructus praediorum sub conditione verbis fideicommissi relictos, in causam fideicommissi non deductos heres in ratione Falcidiae sic accepto facere sibi cogitur, ut quartam, et quartae fructus ex die mortis, bonorum, quae mortis tempore fuerunt, habeat. Nec ad rem pertinet, quando Falcidia lex admissa sit; nam etsi maxime post impletam conditionem fideicommissum (5) locum habere coepit, tamen ex die mortis fructus quadrantis apud heredem relinquere necesse est.

§ 7.—Fideicommissum portionis supplendae gratia, pro qua matrem filius heredem instituit, eidem matri datum ratione Falcidiae minuitur; et eam pecuniam mater supra quartam portionis suae percipiet.

§ 8.—Quarta, quae per legem Falcidiam retinetur, aestimatione, quam testator fecit, non magis minui potest, quam auferri.

16. SCAEVOLA libro III. Quaestionum.—Si ex pluribus rebus legatis heres quasdam solverit, ex reliquis Falcidiam plenam per doli exceptionem retinere potest etiam pro his, quae iam data sunt.

§ 1.—Sed etsi una res sit legata, cuius pars soluta sit, ex reliqua potest plena Falcidia retineri.

17. IDEM libro VI. Quaestionum.—Si post missionem faciat codicillos miles, et intra annum decedat, ex testamento, quod in militia iure militari fecit, plena legata, ex codicillis habita Falcidiae

tela al nieto, cuando sólo el nieto hubiese quedado heredero del abuelo, respondi, que, si se tratase de la cuenta de la Falcidia, se ha de deducir de los bienes como deuda, y que no importa al caso que el abuelo y al mismo tiempo tutor hubiera rogado al heredero, que, si falleciera sin hijos antes de cierta edad, restituyese tanto los bienes de la herencia como los propios; porque no por esto se considera compensada la herencia con la deuda, cuando aun por esto principalmente se declara que no se hizo la compensación, puesto que el difunto manifiesta que su heredero tiene bienes propios. A la verdad, si se hubiere cumplido la condición del fideicomiso, los frutos de la herencia percibidos después de la muerte del abuelo se compensarán por igual suma con la deuda de la tutela, pero el heredero del nieto retendrá la cuarta solamente de los bienes que al morir dejó el abuelo.

§ 4.—Cuando el padre quiso que el fideicomiso debido al morir por el padre al hijo por voluntad de la madre fuese compensado con su propia herencia, que dejaba al hijo, lo que se le debe al hijo, si se hubiere comenzado a plantear la cuenta de la Falcidia, se compensará hasta el límite de la cuarta parte, que efectivamente percibió de los bienes del padre, y así lo restante de las deudas se deducirá solamente de los tres cuartos.

§ 5.—Lo que de las donaciones hechas a la mujer es obligado su heredero a devolverle al marido no estará entre los bienes de la mujer; porque así se hace más rica, de suerte que en otro tanto se considere que es más pobre; mas lo que de allí disminuyó el heredero, no se pierde para el marido.

§ 6.—Los frutos de predios, dejados bajo condición con palabras de fideicomiso, no comprendidos en la causa del fideicomiso, es obligado el heredero a darlos por recibidos en la cuenta de la Falcidia, de suerte que tenga la cuarta, y los frutos, desde el día de la muerte, de la cuarta parte de los bienes que hubo al tiempo de la muerte. Y no importa al caso cuándo haya sido admitida la ley Falcidia; porque aunque el fideicomiso comenzó a tener lugar principalmente después de cumplida la condición, sin embargo, es necesario que se dejen en poder del heredero los frutos de la cuarta parte desde el día de la muerte.

§ 7.—El fideicomiso dado a la madre para suplir la porción en que el hijo instituyó heredera a la misma madre, se disminuye por razón de la Falcidia; y la madre percibirá esta suma además de la cuarta de su propia porción.

§ 8.—La cuarta, que por la ley Falcidia se retiene, no se puede ni disminuir ni tampoco quitar por la estimación que hizo el testador.

16. SCAEVOLA; Cuestiones, libro III.—Si de muchas cosas legadas el heredero hubiere entregado algunas, puede por la excepción de dolo retener de las restantes integra la Falcidia aun por aquellas cosas que ya se dieron.

§ 1.—Pero aunque haya sido legada una sola cosa, de la que se haya entregado una parte, se puede retener de lo restante toda la Falcidia.

17. EL MISMO; Cuestiones, libro VI.—Si después de su licenciamiento hiciera codicillos un militar, y falleciera dentro del año, se dice que deben ser pagados íntegros los legados en virtud del testamento

(1) nepoti, Hal.
(2) esset, inserta Hal.
(3) hereditatem suam, Hal.

(4) cum eo, inserta Hal.
(5) fideicommisso, Hal.

ratione praestari debere dicitur; sed res ita expeditur, si, quum quadringenta haberet, testamento quadringenta, codicillis centum legaverit, ex quinta parte, id est octoginta, quae ad legatarium ex codicillis pervenirent, si Falcidiam non pateretur, quartam, id est viginti, heres retinebit.

18. PAULUS libro XI. *Quaestionum*.—Filius-familias, qui militaverat, decedens patris sui fidei commissit (1) codicillis, ut peculium suum castrense Titio post mortem restitueret; quaerebatur, an ut heres quartam deducere possit. Dixi, legem Falcidiam inductam esse a Divo Pio etiam in intestatorum successione propter fideicommissa, sed in proposito nec hereditatem esse, quamvis placeret mihi, extraneo herede instituto fieri hereditatem aditione eius; nam quum apud patrem remanet, ius pristinum durat, et peculium est. Nec huic contrarium est, quod in testamento eius, qui apud hostes decessit, exercetur Falcidia; nam fictio legis Corneliae et hereditatem, et heredem facit. Sed me non dubitare, quin debeat id quoque indulgeri legis beneficium, siquidem quasi (2) patris-familiae bona restituere cogitur, et heres scriptus omissa ex testamento aditione exemplo Edicti legatorum nomine convenietur.

§ 1.—His consequens erit, ut, si ex fructibus medio tempore quartam, et quartae fructus habuerit pater, etiam Trebellianum Senatusconsultum inducamus, et utiles actiones exerceri possint, fiatque hereditas post restitutionem.

19. SCAEVOLA libro VIII. *Quaestionum*.—Si dignum decem fundum damnetur heres quinque vendere, sine dubio quinque erunt imputanda Falcidiae.

20. IDEM libro IX. *Quaestionum*.—Si a servo meo herede instituto mihi legetur, et mihi acquiratur hereditas, negat Maecianus, id legatum in Falcidia computari, quia non debeat.

21. PAULUS libro XII. *Quaestionum*.—Si pupillus, cui sine tutore auctore decem mutua data sunt, legatum a creditore meruerit sub hac conditione, si decem, quae acceperit, heredi reddiderit, una numeratione et implet conditionem, et liberatur naturali obligatione, ut etiam in Falcidia heredi imputentur, quamvis non imputaretur, si tantum conditionis implendae causa fuissent. Adeo autem et solvere videtur, ut repudiato legato, vel Sticho, qui legatus est, mortuo, nihil repetere possit.

§ 1.—Si ego et servus meus heredes institutissimi ex diversis partibus, nec a servo erogatus dodrans his, quibus a me legatum est, contra Falcidiam proderit, quod ex portione servi ad me pervenit supra Falcidiam eius portionis. Ex contrario si servo meo servus, et mihi decem legata fuerint, servi Falcidia ex decem mihi legatis non

que con fuero militar hizo en la milicia, tenida cuenta de la Falcidia en virtud de los codicilos; pero se ejecutará así: si teniendo cuatrocientos, hubiere legado cuatrocientos en el testamento, y ciento en los codicilos, el heredero retendrá de la quinta parte, esto es, de los ochenta que por los codicilos irían al legatario, si no soportase la Falcidia, el cuarto, esto es, veinte.

18. PAULO; *Cuestiones, libro XI*.—Un hijo de familia, que había sido militar, al morir encargó en codicilos a la fidelidad de su padre, que después de su muerte restituyese su propio peculio castrense a Titio; se preguntaba, si podría deducir la cuarta como heredero. Dije, que la ley Falcidia había sido aplicada por el Divino Pio a causa de los fideicomisos también a las sucesiones de los intestados, pero que en el caso propuesto ni hay herencia, aunque a mí me parecería bien, instituido heredero un extraño, que con la adición de este se constituyera la herencia; porque permaneciendo en poder del padre, subsiste el antiguo derecho, y es peculio. Y no es contrario a esto, que se aplique la Falcidia en el testamento del que falleció en poder de los enemigos; porque la ficción de la ley Cornelia constituye así herencia como heredero. Pero que yo no dudo que se deba conceder también este beneficio de la ley, puesto que es obligado a restituir los bienes como si fuesen de un padre de familia, y el heredero instituido, habiendo prescindido de la adición en virtud del testamento, será demandado, conforme al Edicto, por razón de los legados.

§ 1.—A esto será consiguiente, que, si de los frutos hubiere percibido el padre durante el tiempo intermedio la cuarta y los frutos de la cuarta, apliquemos también el Senadoconsulto Trebeliano, y se puedan ejercitar las acciones útiles, y se constituya herencia después de la restitución.

19. SCÉVOLA; *Cuestiones, libro VIII*.—Si el heredero fuese condenado a vender por cinco un fundo que valga diez, sin duda se deberán computar cinco para la Falcidia.

20. EL MISMO; *Cuestiones, libro IX*.—Si a mí se me legara a cargo de un esclavo mío instituido heredero, y se adquiriese para mí la herencia, dice Meciano que este legado no se computa en la Falcidia, porque no se debe.

21. PAULO; *Cuestiones, libro XII*.—Si un pupilo, a quien sin la autoridad del tutor se le dieron en mutuo diez, hubiere merecido de su acreedor un legado bajo esta condición, si devolviera a la herencia los diez que hubiere recibido, con un solo pago cumple la condición y se libra de la obligación natural, de suerte que también se le imputen en la Falcidia al heredero, aunque no se le imputarian, si solamente hubiesen sido dados para que se cumpliera la condición. Mas de tal manera se considera que paga, que, repudiado el legado, ó muerto Stico, que fué legado, no puede repetir nada.

§ 1.—Si yo y mi esclavo fuéramos instituidos herederos de diversas partes, y no se gastaron por el esclavo los tres cuartos, a aquellos a quienes se les legó a mi cargo les aprovechará contra la Falcidia lo que de la porción del esclavo vino a mí sobre la Falcidia de su porción. Por el contrario, si a mi esclavo le hubiere sido legado un esclavo, y a mí la

(1) Taur.; Si fil.—fideicommississet, et códice Fl., Br.

(2) quasi, omitela Hal.

tenetur exemplo eodem Falcidia; nam quartam retineo ex persona servi, quamvis de mea portione nihil exhaustum sit.

22. IDEM libro XVII. *Questionum.*—Nesennius Apollinaris Iulio Paulo. Ex facto, domine, species eiusmodi incidit: Titia filias suas tres numero aequis ex partibus scripsit heredes, et a singulis legata invicem dedit, ab una tamen ita legavit tam coheredibus eius, quam extraneis, ut Falcidia sit locus; quaero, an adversus coheredes suas (1), a quibus legata et ipsa accepit, uti possit Falcidia, et, si non possit, vel doli exceptione summovenda sit (2), quemadmodum adversus extraneos computatio Falcidia iniri possit. Respondi: id quidem, quod a coherede legatorum nomine percipitur, non solet legatariis proficere, quominus Falcidiam patiantur, sed quum is, qui legatum praestitutus est, ab eodem aliquid ex testamento petit, non est audiendus desiderans, uti adversus eum Falcidiae beneficio, si id, quod percepturus est ex voluntate testatoris suppleat, quod deducere desiderat. Plane ceteris legatariis non universum, quod coheredi praestat, imputabit, sed quantum daturus esset, si nihil ab eo perciperet.

§ 1.—Servo herede instituto, si a domino fideicommissa, a servo legata data sunt, prius ratio legatorum habenda est, deinde ex eo, quod superest, fideicommissorum. Dominus enim ideo tenetur, quod ad eum pervenit; pervenit autem, quod deductis legatis superest; plane Falcidiam exercet.

§ 2.—Sed et si dominus omissa hereditatis additione servum sibi substitutum adire iussit, prius erogantur, quae ab ipso domino data sunt, tunc eorum, quae a servo relicta sunt, ratio initur, si patitur Falcidia.

§ 3.—Si debitori liberatio legata sit, quamvis solvendo non sit, totum legatum computetur, licet nomen hoc non augeat hereditatem, nisi ex eventu. Igitur si Falcidia locum habeat, hoc plus videbitur legatum, quod huic legatum esset, cetera quoque minuentur legata per hoc, et ipsum hoc per alia; capere enim videtur eo, quod liberatur.

§ 4.—Sed si alii hoc nomen legetur, nullum legatum erit, nec ceteris contribuetur.

23. SCAEVOLA libro XV. *Questionum.*—Si fundus mihi legetur et via, in Falcidia ratione, si tantum sit in via, quantum (3) amplius est in Falcidia, integer fundus capiatur, et via perit. Sed si via legetur, nec solvendo sit hereditas, non debetur. Videndum etiam, si fundo et via legato minus ex utroque desideret (4), quam sit viae pretium; potest coacta ratione dici, non tantum fundum solidum capi, sed etiam, (5) ut doli exceptio tantum sarciat, quantum deest, ne plus habeat, quam Falcidia desiderat, ut tunc solum via inter-

suma de diez, la Falcidia del esclavo no se obliga, según este mismo ejemplo de Falcidia, por los diez que se me legaron; porque retengo la cuarta por la persona del esclavo, aunque nada se haya sacado de mi porción.

22. EL MISMO; *Cuestiones, libro XVII.*—Nesennio Apolinar a Julio Paulo. De un hecho resulta, señor, el siguiente caso: Ticia instituyó herederas por iguales partes á sus tres hijas, y dió legados reciprocamente á cargo de cada una, pero á cargo de una de ellas legó tanto para sus coherederos como para extraños, de suerte que hubiera lugar á la Falcidia; pregunto, si podría usar de la Falcidia contra sus coherederas, á cargo de las que también ella recibió legados, y, si no pudiera, ó hubiera de ser repelida con la excepción de dolo, de qué modo se pueda hacer contra los extraños la computación de la Falcidia. Respondi: ciertamente lo que se percibe de un coheredero á título de legados no suele aprovechar á los legatarios para que no sufran la Falcidia; pero cuando el que ha de pagar el legado le pide al mismo alguna cosa en virtud del testamento, no ha de ser oído al pretender usar contra él del beneficio de la Falcidia, si lo que por voluntad del testador ha de percibir supliciera lo que pretende deducir. Y á la verdad, no imputará á los demás legatarios todo lo que paga al coheredero, sino cuanto habría de dar, si nada percibiera de él.

§ 1.—Instituido heredero un esclavo, si se dieron fideicomisos á cargo del señor, y legados á cargo del esclavo, se ha de hacer primero la cuenta de los legados, y después, de lo que resta, la de los fideicomisos. Porque el señor está obligado por lo que fué á su poder; pero fué á su poder lo que resta después de deducidos los legados; utilizará, á la verdad la Falcidia.

§ 2.—Pero también si el señor, no habiendo hecho adición de la herencia, mandó al esclavo, á él substituido, que la adiera, primeramente se paga lo que se dió á cargo del mismo señor, y luego se hace la cuenta de lo que se dejó á cargo del esclavo, si comporta la Falcidia.

§ 3.—Si á un deudor le hubiera sido legada la liberación, aunque no sea solvente, se computará todo el legado, aun cuando este crédito no aumente la herencia, sino por el resultado eventual. Así, pues, si tuviera lugar la Falcidia, se considerará además legado lo que á este se le hubiese legado, y los demás legados también se disminuirán por este, y este mismo por los otros; porque se considera que adquiere porque se libra.

§ 4.—Pero si este crédito fuese legado á otro, será nulo el legado, y no se añadirá á los demás.

23. SCAEVOLA; *Cuestiones, libro XV.*—Si se me legaran un fundo y la servidumbre de via, si en la cuenta de la Falcidia importara la servidumbre de via tanto cuanto hay de exceso en la Falcidia, se adquirirá íntegro el fundo, y se extingue el legado de la via. Pero si se legara la servidumbre de via, y la herencia no fuera solvente, no se deberá. Se ha de ver también, si, legados un fundo y la servidumbre de via, reclamara de uno y de otra menos de lo que sea el precio de la via; se puede decir, que, reunida la cuenta, no solamente se adquiere

(1) suos, Hal.

(2) Hal.; est, el código Fl.

(3) quanto, Hal.

(4) desideretur, Hal.

(5) Observa Pothier, que aquí faltan las palabras viam, ita tamen, exigidas por el contexto, sin las que sería imposible la traducción.—N. del Tr.

cidat, quoties plus Falcidia desiderat, quam est viae pretium.

24. PAULUS libro XIV. (1) Responsorum respondit.—Falcidiae legis rationem, si haberi oportet, ita habendam, ac si hae res, quae ab herede subtractae sunt, in hereditate relictæ non fuissent.

§ 1.—Idem respondit, partus ancillarum ante diem fideicommissi editos ad heredem eius, qui rogatus est, pertinere, eosque in quartam et quartae fructus computandos, si de lege Falcidia quaestio intercedat.

§ 2.—Idem respondit, fructus ex propria re heredis, quae legata est, post (2) diem fideicommissi cedentem perceptos, etsi non sint restituendi fideicommissario, heredi in quartam imputari non solere.

25. SCAEVOLA libro IV. Responsorum.—Maritum suum et filium communem aequis partibus heredes instituit; quaesitum est, an in ratione legis Falcidiae imputandum sit marito, quod ad eum ex eadem hereditate per filium pervenit. Respondit, si ex institutione filii tantum retineat (3), quantum ad Falcidiam satis sit, nihil quartae nomine deducendum.

§ 1.—A liberto, cui fundum legaverat, per fideicommissum Seiae annua decem dedit; quaesitum est, si lex Falcidia liberti legatum minuerit, an Seiae quoque annuum fideicommissum minutum videatur, quum reditus largiatur annuam praestationem. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non videri minutum, nisi alia mens testatoris probetur.

26. IDEM libro V. Responsorum.—Lineam maritorum (4) trigintaquinque legavit, quae linea apud legatarium fuerat mortis tempore; quaero, an ea linea heredi restitui deberet propter legem Falcidiam. Respondit, posse heredem consequi, ut ei restituatur, ac, si malit, posse vindicare partem in ea linea, quae propter legis Falcidiae rationem deberet remanere.

§ 1.—Quaesitum est, an pretium statuarum Falcidiam (5) pati debeat. Respondit, debere.

27. IDEM libro VI. Responsorum.—«Seius et Agerius (6), si intra diem trigesimum mortis meae Reipublicae nostrae caverint, contentos se futuros tot aureis legis Falcidiae beneficio omissis, heredes mihi sunt; quos invicem substituo; quodsi voluntati meae non consenserint, exheredes sunt»; quaesitum est, an heredes instituti hereditatem adire possint, si conditioni parere nolunt, quum habeant substitutos eadem conditione praescripta. Respondit, Seium et Agerium primo loco

todo el fundo, sino también la vía, pero de suerte que la excepción de dolo resarza tanto cuanto falta, á fin de que no tenga más de lo que reclama la Falcidia, de modo que solamente se extinga el legado de vía cuando la Falcidia requiera más de lo que es el precio de la vía.

24. PAULO respondit; Respuestas, libro XIV.—Si conviene que se haga la cuenta de la ley Falcidia, se ha de hacer como si las cosas que fueron substraídas por el heredero no hubiesen sido dejadas en la herencia.

§ 1.—El mismo respondió, que los partos de las esclavas dados á luz antes del término de un fideicomiso pertenecen á los herederos de aquel que fué rogado, y que ellos han de ser computados para la cuarta y los frutos de la cuarta, si mediara cuestión sobre la ley Falcidia.

§ 2.—Respondió el mismo, que los frutos de una cosa propia del heredero, que fué legada, percibidos después de correr el término del fideicomiso, aunque no se le hayan de restituir al fideicomisario, no se le suelen computar al heredero para la cuarta.

25. SCAEVOLA; Respuestas, libro IV.—Una instituyó herederos por partes iguales á su marido y al hijo común; se preguntó, si en la cuenta de la ley Falcidia se le haya de computar al marido lo que por medio del hijo fué de la misma herencia á poder de él. Respondió, que si por la institución del hijo retuviera tanto cuanto fuera bastante para la Falcidia, no se ha de deducir nada á título de la cuarta.

§ 1.—Uno dió á Seya por fideicomiso la suma de diez por año á cargo de un liberto, al que había legado un fundo; se preguntó, si en el caso de que la ley Falcidia hubiere disminuido el legado del liberto, se consideraría disminuido también el fideicomiso anual de Seya, bastando la renta para el pago de la anualidad. Respondió, que, según lo que se exponía, no se consideraba disminuido, á no ser que se probare que otra fué la intención del testador.

26. EL MISMO; Respuestas, libro V.—Uno legó una sarta de treinta y cinco margaritas, cuya sarta se hallaba en poder del legatario al tiempo de la muerte; pregunto, si se le debería restituir esta sarta al heredero por causa de la ley Falcidia. Respondió, que el heredero podía conseguir que se le restituya, y que, si lo prefiriese, podía reivindicar la parte de aquella sarta, que por la cuenta de la ley Falcidia le debiese quedar.

§ 1.—Se preguntó, si el precio de las estatuas debería soportar la Falcidia. Respondió, que debía.

27. EL MISMO; Respuestas, libro VI.—«Sean mis herederos Seyo y Agerio, si dentro de los treinta días de mi fallecimiento hubieren dado á nuestra República caución de que se contentarán con tantos aureos, habiendo prescindido del beneficio de la Falcidia; á los cuales los substituyo reciprocamente; pero si no se conformaren con mi voluntad, sean desheredados»; se preguntó, si podrían adir la herencia los herederos instituidos, si no quieren cumplir la condición, teniendo substitutos con la

(1) XIV., omitela Hal.

(2) Según Pothier, se debe leer ante, porque claramente se vé que Paulo opone el legado de cosa del heredero al de cosa del testador.—N. del Tr.

(3) pervenerit, por retineat, Hal. y la Vulg.

(4) margaritarum, la Vulg.

(5) Falcidia, Hal.

(6) Agerius, la Vulg.

institutos perinde adire posse, ac si ea conditio, quae fraudis causa adscripta est, adscripta non esset.

28. MAECIANUS *libro I. Fideicommissorum.*—Pater quoque in legatis, quae filius ei dedit alio herede instituto, legis Falcidiae rationem patitur.

29. PAULUS (1) *libro II. Fideicommissorum.*—Si a me tibi fideicommissum vel legatum est, tuque id post tempus rogatus sis mihi restituere, non puto, hoc imputandum esse in Falcidiam, quia incipio postea quasi fideicommissarius id recipere.

30. MAECIANUS *libro VIII. Fideicommissorum.*—In ratione legis Falcidiae mortes servorum ceterorumque animalium, furta, rapinae, incendia, ruinae, naufragia, vis hostium, praedonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, in summa quodcunque damnum, si modo culpa legatarii careant, heredi pereunt; quemadmodum ad heredis lucrum pertinent fructus, partus ancillarum, et quae per servos acquisita sunt, ut stipulationes, rerum traditiones, legata, hereditatesve his datae, ceterae donationes, item servitutes, quibus liberata praedia pretiosiora fierent, actionesque acquisitae, ut furti, damni iniuriae, similesque, quorum nihil in rationem legis Falcidiae cadit.

§ 1.—Vendere autem vel emere iussus certo pretio fundum aliamve quampiam rem, in legis Falcidiae ratione, quum, quantum sit legatum, requiratur, tantum eo nomine inducitur (2), quanto pluris minorisve sit res ea quantitate, quam quo pretio testator accipi darive iussit, sed (3) ei quidem portioni, quae legatis deductis facienda erit, amplius deducetur, quippe non nostri causa capi id (4) pretium; sed eo deducto pretium reliquum legatum esse intellectum est.

§ 2.—Rursus (5) diligenter animadvertendum est, ne, quod dicitur, damna post mortem testatoris illata ad solum heredem respicere, usquequaque et sine ulla distinctione recipiatur; quod enim remota lege Falcidia in totum iuris foret, hoc idem fore in ea parte, quae lege Falcidia constitueretur, hoc enim attinet, damna postea facta non deduci, ne amota portio legatis fideicommissis detrahatur.

§ 3.—Verum est autem, his solis, quae pondere, numero, mensura constant, nec damno postea incidente ex portione, quae fieri solet (6) ad aestimationem eorum bonorum, quae mortis tempore fuerunt, quidquam detrahi.

§ 4.—Certis vero corporibus et his ipsis ita relictis: «pecuniam, quam in illa arca, vinum, quod in illis foliis, pondus argenti, quod in illis horreis habeo», si sine culpa heredis deperierunt, vel deteriora sunt facta, proculdubio aut nihil debentur, aut eorum, quae extabunt, qualia erunt, ea portio

misma condición prescrita. Respondió, que Seyo y Agerio, instituidos en primer lugar, podían adirirla lo mismo que si no se hubiese impuesto aquella condición, que se impuso por causa de fraude.

28. MECIANO; *Fideicomisos, libro I.*—También el padre soporta la cuenta de la ley Falcidia en los legados que el hijo le dió, habiendo sido otro instituido heredero.

29. PAULO; *Fideicomisos, libro II.*—Si á mi cargo se te dejó un fideicomiso ó un legado, y se te hubiera rogado que me lo restituyeras después de cierto tiempo, no opino que esto se haya de computar en la Falcidia, porque comienzo á recibirlo después como fideicomisario.

30. MECIANO; *Fideicomisos, libro VIII.*—En la cuenta de la ley Falcidia van á cargo del heredero el fallecimiento de esclavos y de los demás animales, los hurtos, los robos, los incendios, las ruinas, los naufragios, las violencias de los enemigos, de los depredadores, de los ladrones, los créditos empeorados de los deudores, en suma, cualquier daño, si los legatarios estuvieran exentos de culpa; á la manera que pertenecen al lucro del heredero los partos de las esclavas, y lo que se adquirió por medio de los esclavos, como estipulaciones, entregas de cosas, legados, ó herencias dadas á ellos, las demás donaciones, y también las servidumbres con cuya liberación se harían de más valor los predios, y las acciones adquiridas, como las de hurto, de daño de injuria, y otras semejantes, de cuyas cosas nada cae dentro de la cuenta de la ley Falcidia.

§ 1.—Mas habiéndosele mandado á uno que venda ó que compre por cierto precio un fundo ó otra cualquier cosa, preguntándose cuánto importa lo legado, se incluirá por este motivo en la cuenta de la Falcidia solamente cuanto la cosa valga de más ó de menos de la cantidad que por precio mandó el testador que se diera ó se recibiera, pero, á la verdad, para esta porción, que deducidos los legados se habrá de hacer, se deducirá más, porque este precio no se adquiere por causa nuestra; mas deducido esto, se entendió que el precio restante fué legado.

§ 2.—Por otra parte, se ha de advertir con cuidado, que lo que se dice, que los daños causados después de la muerte del testador incumben sólo al heredero, no se admite en absoluto y sin alguna distinción; porque lo que sería de derecho para la totalidad, habiéndose prescindido de la ley Falcidia, esto mismo habría de serlo para aquella parte que se constituiría por la ley Falcidia, porque esto se refiere á que no se deducen los daños causados después, para que la porción separada no se deduzca de los legados ó de los fideicomisos.

§ 3.—Mas es verdad que sólo de estas cosas, que constan de peso, número y medida, y no ocasionándose después el daño, se deduce alguna cosa de la porción que suele hacerse para la estimación de los bienes, que hubo al tiempo de la muerte.

§ 4.—Pero habiéndose legado cosas ciertas corpóreas, y estas mismas de este modo: «el dinero que tengo en aquella arca, el vino que tengo en aquellas tinajas, la cantidad de plata que tengo en aquellos almacenes», si perecieron sin culpa del heredero, ó se deterioraron, sin duda que ó no se

(1) Martianus, Hal.

(2) inducet, Hal.

(3) Hal.; ut, inserta el código Fl.

(4) capit, Hal.

(5) Taur. según la escritura original; Prorsus, corrección del código Fl., Br.

(6) Hal.; solet, omitela el código Fl.

debebitur, quae per legem Falcidiam efficiatur ex aestimatione bonorum, quae mortis testatoris tempore fuerint.

§ 5.—Incertae autem res relictæ distinctionem recipiunt, nam si ex suis rebus incertam rem testator reliquisset, veluti: «argentum, quod elegerit», et omne argentum testatoris interiisset sine culpa heredis, nihil deberetur; sin vero argenti pondus pure relictum esset, quamvis omne argentum testatoris deperiisset, admissa lege Falcidia portio eius quantitatis sumetur, quae fuit in bonis eo tempore, quo testator decessit; nec ad imminuendam eam quidquam damna postea incidentia proficiunt.

§ 6.—Res tamen, quae interierint, pro nulla parte, ac ne aestimatio quidem debeatur, non magis, quam si omnes res per speciem enumeratae relictæ essent.

§ 7.—Tametsi autem (1) legis Falcidiae ratione, quae conditionis implendae causa heredi sunt data, in quartam non computantur, tamen id, quod non figura conditionis accipere iussus est ab eo, cui hereditatem restituere rogatus est, Celso et Iuliano nostro placuit computari, quemadmodum si ea summa heres vendere eas res iussus esset, quia non conditionis implendae causa, sed quodammodo pro pretio inferre sunt iussi. Quo loco amplius quaesitum est, an fideicommissarius quoque invitatus cogatur dare eam summam, et recipere hereditatem, quasi et ipsius fideicommissum esset. Sed id verisimile non est, quum talis oratio magis ipsius causa, quam contra ipsum posita videatur.

§ 8.—Quum lex Falcidia intervenit, non veniunt in contributionem, quae ipsi heredi a semetipso vel servo eius legata fidei commissum sunt. Alia causa est eorum, quae in die certa dantur; nam si libertatis dies coepit cedere, ei debebuntur, et in contributionem veniunt. Ac ne ea quidem, quae quis servis suis inutiliter sine libertate legavit fidei commissum, in computationem eius legis cedunt.

§ 9.—Res, quas neque per fideicommissum relinqui posse certum est, in legis Falcidiae computationem non veniunt.

31. POMPONIUS libro II. Fideicommissorum.—Is, cui fideicommissum solvitur, sicut is, cui legatum est, satisfacere debet, quod amplius ceperit, quam per legem Falcidiam ei licuerit, reddi, veluti quum propter conditionem aliorum fideicommissorum vel legatorum legis Falcidiae causa pendebit. Sed et secundum Cassii et veterum opinionem, si a pupillo fideicommissum capiuntur, propter ea, quae a substituto erunt relictæ, cavere debet is, cui solvatur. Nam quamvis repetitio sit eorum, quae fideicommissi nomine non debita solventur, tamen satisfacto cautum debet esse ei, a quo pecunia profiscitur (2), ne damnum sentiat deficiente eo, cui solutum erit.

deberá nada, ó que de las cosas que subsistieren, tales cuales estuvieren, se deberá esta porción, que por la ley Falcidia se haga con arreglo á la estimación de los bienes, que existieren al tiempo de la muerte del testador.

§ 5.—Pero las cosas inciertas dejadas admiten una distinción, porque si el testador hubiese dejado una cosa incierta de sus propios bienes, por ejemplo: «la plata, que hubiere elegido», y toda la plata del testador hubiese perecido sin culpa del heredero, no se debería nada; mas si se hubiese dejado puramente una cantidad de plata, aunque hubiese perecido toda la plata del testador, admitida la ley Falcidia se tomará la porción de esta cantidad, que hubo en los bienes al tiempo en que falleció el testador; y para disminuirla no aprovecharán nada los daños que después sobrevengan.

§ 6.—Pero las cosas, que hayan perecido, no se deben en parte ninguna, ni ciertamente su estimación, no de otra suerte que si hubiesen sido dejadas todas las cosas enumeradas por especie.

§ 7.—Mas aunque en la cuenta de la ley Falcidia no se computan para la cuarta las cosas que se le dieron al heredero para cumplir una condición, sin embargo, á Celso y á nuestro Juliano les pareció bien que se computara lo que no en forma de condición se le mandó que recibiera de aquel para quien se le rogó que restituyera la herencia, á la manera que si se le hubiese mandado al heredero que por esta suma vendiese aquellas cosas, porque no se le mandó pagar para que se cumpliera una condición, sino en cierto modo por vía de precio. En cuyo punto se preguntó más, si el fideicomisario será obligado también contra su voluntad á dar esta suma, y á recibir la herencia, como si el fideicomiso fuese también de él mismo. Pero esto no es verosímil, porque tal cláusula parece puesta más bien por causa del mismo, que contra él mismo.

§ 8.—Cuando media la ley Falcidia, no se comprenden para la contribución las cosas que se legaron ó se dejaron en fideicomiso al mismo heredero á su propio cargo ó al de un esclavo. Diferente es la condición de las cosas que se dan para día cierto; porque si comenzó á correr el día de la libertad, se le deberán, y se comprenden para la contribución. Y ciertamente tampoco entran para la computación de esta ley las cosas que uno legó ó dejó en fideicomiso á sus esclavos inútilmente sin la libertad.

§ 9.—Las cosas, que es cierto que ni por fideicomiso pueden ser dejadas, no se comprenden en la computación de la ley Falcidia.

31. POMPONIO; Fideicomisos, libro II.—Aquel á quien se paga un fideicomiso, como aquel á quien se hizo un legado, debe dar caución de que se devolverá lo que hubiere recibido de exceso sobre lo que por la ley Falcidia le fuere lícito, por ejemplo, cuando por causa de condición de otros fideicomisos ó legados estuviere pendiente la causa de la ley Falcidia. Pero también según la opinión de Cassio y de los antiguos, si se reciben fideicomisos por el pupilo, deberá dar caución, por razón de lo que se dejó á cargo del substituto, aquel á quien se pague. Porque aunque haya la repetición de lo que á título de fideicomiso se pagare no siendo debido, se le debe, sin embargo, dar caución á aquel de quien proviniese el dinero, con fianza de que no sufrirá perjuicio al faltar aquel á quien se hubiere pagado.

(1) Tametsi ante I. Falcidiae rationem, la Vulg.

(2) Hal.; profisceretur, el códice Fl.

32. MAECIANUS libro IX. Fideicommissorum.
—Poenales actiones, sive legitimaе, sive honorariae, exceptis popularibus in bonis actoris non ideo minus computandae sunt, quia morte reorum intercidere possunt; e contrario autem eadem actiones nihil bonis rei defuncto eo detrahunt. Sed ne in actoris quidem bonis, defuncto eo, iniuriarum actio poterit computari, quia et ipsa simul cum eo intercidit, ut usufructus, et id, quod in dies, menses, annosve singulos alicui, quoad vivat, debeatur; etenim ea demum obligatio rei bonis diminutionem praestat, quae in heredem transit. Nec contrarium est, quod vivente reo eo minus in bonis eius intelligebatur; nam etsi ita stipulatus esset, ut, quum moreretur, debere ei inciperet, tamen auferentur bona eius, quemadmodum, si ipse sub eadem conditione promisisset, defuncto eo minuerentur.

§ 1.—Honorariae quoque actiones, quae intra certum tempus a Praetore promittuntur (1), cum bonis actoris defuncto eo augmentum (2) rei decessionemve, si tales erunt, ut in heredem quoque transeant, praestabunt.

§ 2.—Iulianus scribit, si utriusque heredis pars exhausta est legatis, et alter ex heredibus cautionem praetoriam accepit a legatariis, non aequaliter, sed pro suo modo legis Falcidiae rationem, et actionem ex stipulatu habituram, omnes enim praetorias stipulationes eiusdem interpretationis esse; nam constare, ex iudicatum solvi stipulatione, sive a parte actoris, sive a rei plures heredes exstiterent, non omnibus, nec adversus omnes actionem contingere, sed duntaxat his, qui vicissent, et adversus victos, hisque, adversus quos res defensa non esset, adversus eos, qui rem non defendissent.

§ 3.—Annua, bima, trima die aureis centenis legatis, ex omnibus summis, non tantum ex posterioribus, portionem legis Falcidiae detrahi placuit.

§ 4.—Si Titio viginti legatis portio per legem Falcidiam detracta esset, quum ipse quoque quinque (3) Seio rogatus esset restituere, Vindius noster tantum Seio pro portione ex quinque (4) detrahendum ait, quantum Titio ex viginti detractum esset. Quae sententia et aequitatem, et rationem magis habet, quia exemplo heredis legatarius ad fideicommissa praestanda obligabitur; nec, quia ex sua persona legatarius inducere legem Falcidiam non possit, idcirco, quod passus esset, non imputaturum, nisi forte testator ita fidei eius commisisset, ut totum, quicquid ex testamento cepisset, restitueret.

§ 5.—Si autem manumittere servum vel suum, vel alienum rogatus sit, omnimodo praestare debet libertatem; nec hoc contrarium est superiori, quia favor libertatis saepe et alias benigniores sententias exprimit.

33. PAULUS libro III. Fideicommissorum. — Si

(1) permittuntur, la Vulg.
(2) Fabro y Cuyacio corrigen este pasage, leyendo augmentum (tum) rei decessionem, en cuyo caso el sentido sería que se computan las acciones que aumentan los bienes del

32. MECIANO; Fideicomisos, libro IX.—Las acciones penales, ora legítimas, ora honorarias, excepto las populares, no se han de dejar de contar en los bienes del actor, porque pueden extinguirse con la muerte de los reos; sino que por el contrario, esas mismas acciones no disminuyen nada de los bienes del reo, fallecido éste. Pero ciertamente no se podrá computar en los bienes del actor, fallecido éste, la acción de injurias, porque también ella se extingue juntamente con él, como el usufructo, y como lo que se deba á alguno cada día, cada mes, ó cada año, mientras viva; porque solamente produce disminución en los bienes del reo la obligación que pasa contra el heredero. Y no es obstáculo que viviendo el reo se le consideraba con esto menos en sus bienes; porque aunque se hubiese estipulado así, que cuando muriese comenzare á deberle, se le aumentarían, sin embargo, sus bienes, así como, si él mismo hubiese prometido bajo la misma condición, se disminuirían fallecido él.

§ 1.—También las acciones honorarias, que por el Pretor se prometen dentro de cierto tiempo, producirán con los bienes del actor, fallecido éste, aumento ó disminución de la cosa, si fueren tales, que pasen también contra el heredero.

§ 2.—Escribe Juliano, que si la parte de ambos herederos fué agotada por los legados, y uno de los herederos recibió de los legatarios la caución pretoria, no tendrá igualmente, sino con arreglo á su porción, la cuenta de la ley Falcidia y la acción de lo estipulado, porque todas las estipulaciones pretorias tienen esta misma interpretación; porque es sabido que de la estipulación de pagarse lo juzgado, ora hubiesen quedado muchos herederos por parte del actor, ora por la del reo, no nace para todos, ni contra todos acción, sino solamente para los que hubiesen vencido, y contra los vencidos, y para aquellos, en oposición á los que no hubiese sido defendida la cosa, contra los que no la hubiesen defendido.

§ 3.—Habiéndose legado cien áureos en uno, dos, tres años, se determinó que se detrajera la porción de la ley Falcidia de todas las sumas, no solamente de las posteriores.

§ 4.—Si legados veinte á Ticio se hubiese traído la porción por la ley Falcidia, habiéndosele rogado también á él que restituyera cinco á Seyo, dice nuestro Vindio, que se ha de deducir de los cinco á Seyo en proporción tanto cuanto á Ticio se le hubiese deducido de los veinte. Cuya opinión es más conforme á equidad y á razón, porque á ejemplo del heredero estará obligado el legatario á entregar los fideicomisos; y no porque por razón de su persona no pueda el legatario aplicar la ley Falcidia, y precisamente porque lo hubiese consentido, no lo computará, á no ser acaso que el testador le hubiese encargado el fideicomiso de esta suerte, para que restituyera todo lo que hubiese recibido por el testamento.

§ 5.—Mas si se le hubiera rogado que manumita un esclavo, ó suyo ó ageno, deberá de todos modos darle la libertad; y no es esto contrario á lo anterior, porque el favor de la libertad hace muchas veces, y en otras materias, más favorables las decisiones.

33. PAULO; Fideicomisos, libro III.—Si se te

actor, y disminuyen los del reo contra quien competen; sentido que parece ser el de las Bas. - N. del Tr.

(3) quindecim, la Vulg.
(4) quindecim, la Vulg.

servus tibi legatus sit, eumque rogatus sis manumittere, nec praeterea capias, unde quartam, quae per Falcidiam retinetur, recipere possis, Senatus censuit, cessare Falcidiam.

34. MARCELLUS libro XLII. Digestorum Iuliani notat (1).—In testatoris servo non erit Falcidiae locus; si vero pecuniam, aliudve quid legaverit, fideique legatarii commiserit, ut alienum servum vel legatarii manumitteret, locus erit.

35. ULPIANUS libro VI. Disputationum.—Plane si quid sit praeterea legatum ipsi servo, Falcidiae locum fore Senatus declaravit; unde Scaevola ait in eo, quod praeterea servo legatum est, ita Falcidiam admittendam, ut inde et quod pro servo praestandum est, sumatur.

36. PAULUS libro III. Fideicommissorum.—Sed si non servus ipse legatus sit, sed pecunia, rogatusque sit legatarius servum suum manumittere, Falcidiam patietur, et nihilominus cogetur manumittere, quia tanti aestimasse videbitur servum suum.

§ 1.—Quid, si alienus servus fuerit? In eo non plus, quam accepit, ad redimendum cogitur impendere.

§ 2.—Sin vero heres servum rogatus sit manumittere, placet, pretium eius, ut aes alienum, deducendum esse.

§ 3.—Si solus servus legatus, et fideicommissa libertate donatus fuerit, licet Falcidia interveniente, totus vindicari peti potest; sed etsi aliud praeterea capiat legatarius, adhuc servus totus peti potest, quartam autem utriusque ex legato retinendam, ne impediatur libertas.

§ 4.—Si incertum sit, an libertas praestari debeat, veluti quod sub conditione, vel post tempus data sit, numquid incerto eo, an praestetur, quum possit aut servus mori, aut conditio deficere, interim Falcidia admittenda est? Deinde quum libertas competere vel deberi coeperit, tum legatarius illam partem recipiet (2), quam Falcidia detraxit? Caecilio placebat, si quid ex operis eius medio tempore consecutus fuerit heres, id in pretium eius erogare eum debere propter legis Falcidiae rationem;

37. VALENS libro VI. de Fideicommissis.—eius servi aestimatio, perinde ac statuliberi fieri debet.

§ 1.—Sed et si heres servum alienum rogatus est manumittere, placuit, ut etiam huius pretium ex aestimatione hereditatis deduci debeat.

38. HERMOGENIANUS libro I. iuris Epitomarum.—Statuliber heredis non auget familiam.

§ 1.—Communes servi in utriusque patrimonio connumerantur.

hubiera legado un esclavo, y se te hubiere rogado que lo manumitieses, y además no adquirieras de donde puedas percibir la cuarta, que por la Falcidia se retiene, decretó el Senado que deja de tener lugar la Falcidia.

34. MARCELO nota; Digesto de Juliano, libro XLII.—Respecto al esclavo del testador no habrá lugar á la Falcidia; pero si hubiere legado dinero á otra cosa cualquiera, y hubiere encomendado á la fidelidad del legatario que manumitiese un esclavo ajeno ó del legatario, habrá lugar á ella.

35. ULPIANO; Disputas, libro VI.—A la verdad, si además se le hubiera legado alguna cosa al mismo esclavo, declaró el Senado que habría de haber lugar á la Falcidia; por lo cual dice Scévola, que respecto de aquello, que además se le legó al esclavo, se debe admitir la Falcidia de suerte que de ello se tome también lo que se ha de dar por el esclavo.

36. PAULO; Fideicomisos, libro III.—Pero si no se hubiera legado el mismo esclavo, sino dinero, y se le hubiera rogado al legatario que manumita su propio esclavo, soportará la Falcidia, y será, no obstante, obligado á manumitirlo, porque se considerará que en tanto estimó á su esclavo.

§ 1.—¿Qué se dirá si fuere ajeno el esclavo? No se le obliga á gastar en él para comprarlo más de lo que recibió.

§ 2.—Mas si se le hubiera rogado al heredero que manumita un esclavo, se determina que el precio de este ha de ser deducido como deuda.

§ 3.—Si hubiere sido legado sólo el esclavo, y se le hubiere hecho donación, dándole por fideicomiso la libertad, aunque interviniendo la Falcidia, todo él puede ser reivindicado ó pedido; pero aunque el legatario reciba además otra cosa, aun puede ser pedido todo el esclavo, pero se habrá de retener del legado la cuarta de lo uno y de lo otro, para que no se impida la libertad.

§ 4.—Si fuera incierto si se deberá dar la libertad, por ejemplo, porque haya sido dada bajo condición, ó para después de tiempo, ¿acaso siendo incierto si se dará, porque ó podría morir el esclavo, ó faltar la condición, se ha de admitir entretanto la Falcidia? ¿Y después, cuando hubiere comenzado á competir ó á ser debida la libertad, recobrará entonces el legatario la parte que detrajo la Falcidia? Pareciale bien á Cecilio, que si en el tiempo intermedio hubiere obtenido alguna cosa el heredero con el trabajo de aquel, debe emplearlo él para precio del mismo por razón de la cuenta de la ley Falcidia;

37. VALENTE; Fideicomisos, libro VI.—y la estimación de este esclavo se debe hacer lo mismo que la del instituido libre bajo condición.

§ 1.—Pero también si se le rogó al heredero que manumita un esclavo ajeno, se determinó que se deberá deducir de la estimación de la herencia también el precio de este.

38. HERMOGENIANO; Epitome del derecho, libro I.—El instituido libre bajo condición no aumenta el número de esclavos del heredero.

§ 1.—Los esclavos comunes se cuentan en el patrimonio de ambos.

(1) Marcellus apud Iulianum libro XXXV. notat., Hal.

(2) Según corrección del código Fl., Br.; recipiat, Taur. según la escritura original.

§ 2.—Cuius ususfructus alienus est, in dominio proprietarii (1) connumeratur, pignori dati in debitoris, sub lege commissoria distracti, item ad diem addicti in venditoris.

39. PAULUS libro III. *Sententiarum*.—Aeris alieni loco deducuntur non solum pretia eorum, quibus libertas data est, et eorum, qui supplicio sunt affecti, sed et eius, quem Praetor propter iudicium proditae mortis, vel detectae eorum (2) coniurationis, libertate donavit.

40. HERMOGENIANUS libro IV. *iuris Epitomarum*.—Ad veterani testamentum, sive paterfamilias, sive filiusfamilias sit, licet intra annum missionis decedat, lex Falcidia pertinet.

§ 1.—Si cui, si decem dedisset, viginti fundus fuisset legatus, is in toto fundo legatarius habebitur.

41. PAULUS libro IX. *ad Edictum*.—Dolo carere non videtur, si iam mota quis controversia hereditatis legata sine cautionibus det.

42. [44.] (3) ULPIANUS libro XIV. *ad Edictum*.—In Falcidia aestimatio pretii rerum ex veritate facienda est.

43. [42.] IDEM libro XIX. *ad Edictum*.—Servi, qui apud hostes sunt, post mortem testatoris reversi, quod ad Falcidiam pertinet, locupletiores faciunt hereditatem.

44. [43.] IDEM libro XXI. *ad Edictum*.—Falcidia intervenire non potest, si statuliber de alieno dedit, non de bonis defuncti, vel alias est homo liber, qui conditionem implevit.

45. PAULUS libro LX. *ad Edictum*.—In lege Falcidia non habetur pro puro, quod in diem relictum est; medii enim temporis commodum computatur.

§ 1.—In his legatis, quae sub conditione relictae sunt, Proculus putabat, quum quaeritur de lege Falcidia, tantum esse in legato, quanti venire possunt. Quod si est, et deductio sic potest fieri, ut tantum videatur vi (4) deberi, quanti nomen venire potest; sed haec sententia non probatur; cautionibus ergo melius res temperabitur.

46. ULPIANUS libro LXXVI. *ad Edictum*.—Qui, quod per Falcidiam retinere poterat, voluntatem testatoris secutus spondit, se daturum, cogendus est solvere.

47. IDEM libro LXXIX. *ad Edictum*.—Lex Falcidia, si interveniat, in omnibus pensionibus locum habet: Sed hoc ex postfacto apparebit, utputa in annos singulos legatum relictum est; quamdiu Falcidia nondum locum habet, integrae pensiones an-

§ 2.—Áquel cuyo usufructo es de otro se cuenta en el dominio del propietario, los dados en prenda en el del deudor, los enajenados bajo la ley comisorria, y también los adjudicados á término, en el del vendedor.

39. PAULO; *Sentencias, libro III*.—Se deduce en calidad de deuda no sólo el precio de los esclavos á quienes se les dió la libertad, y el de los que fueron condenados al suplicio, sino también el de aquel á quien el Pretor hizo donación de la libertad por haber dado indicio de la muerte denunciada, ó de la conjuración de los mismos descubierta.

40. HERMOGENIANO; *Epítome del derecho, libro IV*.—La ley Falcidia es aplicable al testamento de un veterano, ora sea padre de familia, ora hijo de familia, aunque fallezca dentro del año de su licenciamiento.

§ 1.—Si se hubiese legado un fundo, que valiese veinte, á uno, si hubiese dado diez, éste será considerado legatario de todo el fundo.

41. PAULO; *Cómentarios al Edicto, libro IX*.—Si promovida ya controversia sobre la herencia diera uno sin cauciones los legados, no se considera que está exento de dolo.

42. [44.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XIV*.—En la Falcidia se ha de hacer con arreglo á la verdad la estimación del precio de las cosas.

43. [42.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XIX*.—Los esclavos que están en poder de los enemigos, y que volvieron después de la muerte del testador, hacen, por lo que á la Falcidia se refiere, más rica la herencia.

44. [43.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXI*.—No puede mediar la Falcidia, si el instituido libre bajo condición dió algo de lo ajeno, no de los bienes del difunto, ó si de otro modo es hombre libre el que cumplió la condición.

45. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LX*.—En la ley Falcidia no se tiene como puro el legado que se dejó para cierto día; porque se computa el provecho del tiempo intermedio.

§ 1.—Respecto á los legados que se dejaron bajo condición opinaba Próculo, que, tratándose de la ley Falcidia, importaba tanto el legado como aquello en que puede ser vendido. Si esto es así, también se puede hacer la deducción de modo, que por fuerza se considere que se debe tanto cuanta es la cantidad en que se puede vender el crédito; pero no se aprueba esta opinión; luego mejor se acomodará la cosa con cauciones.

46. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXVI*.—El que ateniéndose á la voluntad del testador prometió que daría lo que podía retener por la Falcidia, ha de ser obligado á pagarlo.

47. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX*.—La ley Falcidia, si tuviera lugar, tiene aplicación en todas las pensiones. Pero esto aparecerá de hecho posterior, por ejemplo, se dejó un legado para cada año; mientras no tiene todavía

(1) *Hal. y la Vulg.*; proprietatis, el código Fl.

(2) *reorum, Hal.*

(3) *Según Hal. y la Vulg.*

(4) Véase el § 3. fr. 27. D. II. 14.; inde, por vi, *Hal. y la Vulg.*

nae dabuntur; sed enim, si annus venerit, quo fit, ut contra legem Falcidiam ultra dodrantem aliquid debeatur, eveniet, et retro omnia legata singulorum annorum imminuantur.

§ 1.—Nunquam legatarius vel fideicommissarius, licet ex Trebelliano Senatusconsulto restituitur ei hereditas, utitur legis Falcidiae beneficio.

* 48. PAULUS libro II. ad Edictum Aedilium Curulium.—Quum emtor venditori, vel contra heres extitit, evicto homine utrum duplum in aes alienum deducere vel computare debeat, an simplum—duplum enim esset, si alius heres extitisset—? Et benignius est, eodem herede existente simplum ei imputari.

49. IDEM libro XII. ad Plautium.—Plautius: servo, quem tibi legaveram, fundum legavi. Atilicinus, Nerva, Sabinus, primum in servo rationem legis Falcidiae habendam, et quota pars ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futuram, deinde ex reliquis partibus fundi legis Falcidiae portionem decessuram, sicut ex omnibus legatis. Cassius: quod servo pars lege Falcidia decedat, incipere servum fieri communem heredis et legatarii, communi autem servo quum legatum sit, totum pertinere ad socium, quia in eam personam legatum consistere possit; qua ratione semel ex fundo partem legis Falcidiae (1) decessuram. Paulus: Cassii sententia utimur, nam et Divus Pius rescripsit, servo communi fideicommissum datum totum ad socium pertinere.

§ 1.—Interdum evenit, ut propter rationem legis Falcidiae sequens legatum extingatur, veluti si fundus, et ad eum via legata sit per alium fundum; nam si pars fundi remanserit in hereditate, non potest procedere viae legatum, quia per partem servitus acquiri non potest.

50. CELSUS libro XIV. Digestorum.—Non est dubium, quin ea legata, a quibus heres summovere exceptione petitorum potest, in quartam ei imputentur, nec ceterorum legata minuant.

51. IULIANUS libro LXI. Digestorum.—Nec interest, utrum ab initio quasi inutile fuerit, an ex accidenti postea in eum casum pervenisset legatum, ut actio eius denegaretur.

52. MARCELLUS libro IX. Digestorum.—Ex asse patronum heredem instituit libertus, quum ducentos aureos in bonis haberet, et legavit filio centum viginti, extraneo reliqua (2); deminutio legati, quod extraneo praestat legatum (3), proficit filio ad consequenda solida, quae ei legata sunt.

§ 1.—Quaecunque ex causa legata non praestan-

(1) lege Falcidia, Hal.

(2) et legatum filio centum, viginti extraneo reliquit, otros en Hal.

aplicación la Falcidia, se darán integras las pensiones anuales; mas, sin embargo, si llegare un año en el que suceda que contra la ley Falcidia se deba algo más de los tres cuartos, acontecerá que se disminuirán retroactivamente todos los legados de cada año.

§ 1.—El legatario ó el fideicomisario, aunque por el Senadoconsulto Trebeliano se le restituye la herencia, no utiliza nunca el beneficio de la ley Falcidia.

48. PAULO; Comentarlos al Edicto de los Ediles Curules, libro II.—Cuando el comprador quedó heredero del vendedor, ó al contrario, hecha evicción del esclavo, se deberá acaso deducir ó computar en las deudas el duplo, ó el simple importe—pues sería el duplo, si otro hubiese quedado heredero—? Y es más equitativo, que quedando heredero el mismo se le compute el simple importe.

49. EL MISMO; Comentarlos á Plaucio, libro XII.—Y dice Plaucio: legué un fundo al esclavo que yo te había legado. Atilicino, Nerva y Sabino dicen, que primeramente se ha de hacer en el esclavo la cuenta de la ley Falcidia, y que tanta parte como de él se separase, otra tanta parte habrá de ser inútil en el fundo legado, y que después se habrá de separar la porción de la ley Falcidia de las restantes partes del fundo, así como de todos los legados. Y dice Cassio: porque al esclavo se le deducea una parte por la ley Falcidia, comienza el esclavo á hacerse común del heredero y del legatario, mas cuando se haya hecho un legado á un esclavo común, todo el legado pertenece al consócio, porque en cuanto á esta persona podía subsistir el legado; por esta razón sólo una vez se deducirá del fundo la parte de la ley Falcidia. Y dice Paulo: observamos la opinión de Cassio, porque también el Divino Pio respondió por rescripto, que el fideicomiso dado á un esclavo común corresponde íntegro al consócio.

§ 1.—A veces sucede, que por causa de la cuenta de la ley Falcidia se extingue el legado siguiente, por ejemplo, si se hubiera legado un fundo, y el camino para él por medio de otro fundo; porque si quedare en la herencia parte del fundo, no puede tener efecto el legado de la via, porque una servidumbre no se puede adquirir en parte.

50. CELSO; Digesto, libro XIV.—No es dudoso, que los legados de que con excepción puede el heredero rechazar al demandante, se le computan para la cuarta, y no disminuyen los legados de los demás.

51. JÚLIANO; Digesto, libro LXI.—Y no importa, que desde un principio hubiere sido como inútil, ó que por accidente hubiese llegado después á un caso tal el legado, que se denegara su acción.

52. MARCELO; Digesto, libro IX.—Un liberto instituyó á su patrono heredero de la totalidad, teniendo doscientos áureos en sus bienes, y legó al hijo la suma de ciento veinte, y lo demás á un extraneo; la disminución del legado, que presta al extraneo, le aprovecha al hijo para conseguir íntegro lo que á él se le legó.

§ 1.—Cualquiera que sea la causa por la que no

(3) praestatur, por praestat legatum, Hal.

tur, imputantur heredi in quartam partem, quae propter legem Falcidiam remanere apud eum debet.

53. CELSUS libro XVII. Digestorum.—Si propter ea, quae sub conditione legata sunt, pendet legis Falcidiae ratio, praesenti die data non tota vindicabuntur.

54. MARCELLUS libro XV. Digestorum.—Pater filium, ex quo tres habebat nepotes, heredem instituit, fideique eius commisit, ne fundum alienaret, et ut in familia eum relinqueret; filius decedens tres filios scripsit heredes; quaerendum est, an omnino quasi creditores unusquisque in ratione legis Falcidiae aliquid possit deducere, quia in potestate sua habuit pater, cui ex his potius relinqueret. Sed hac ratione nemo in Falcidiae ratione quidquam deducet, quod videndum, ne dure constitutur; utique enim in alieno aere habuit fundum, necessitate quippe obstrictus fuisset filiis eum relinquendi.

55. IDEM libro XX. Digestorum.—Quum Titio in annos singulos dena legata sunt, et iudex legis Falcidiae rationem inter heredem et alios legatarios habeat, vivo quidem Titio tanti litem aestimare debet (1), quanti venire id legatum potest, in incerto posito quamdiu victurus sit Titius; mortuo autem Titio non aliud spectari debet, quam quid heres ex ea causa debuerit.

56. IDEM libro XXII. Digestorum.—Cum quo de peculio agi poterat, heres creditori extitit; quaeris, cuius temporis peculium computari oporteat in Falcidia lege. Plerique putant, quod tunc in peculio fuerit, quum adiretur hereditas, inspiciendum. Ego dubito, quoniam mortis tempus in ratione legis Falcidiae ineunda placuit observari; quid enim interest, peculium servi post mortem creditoris diminutum sit, an debitor pauperior factus sit?

§ 1.—Aliquis dicet, quid ex contrario, si ante aditam hereditatem adquisierit servus? et ego quaeram, si debitoris, qui tunc non erat solvendo, ampliatas facultates fuerunt? Et quum in isto placuerit, ex post facto uberiorem videri fuisse hereditatem, sicuti quum conditio crediti extitit post mortem, ita etiam peculii incrementum plenior faciet hereditatem.

§ 2.—Scaevola notat: quid ergo, si idem servus defuncto et alii dena debuit, et una decem habuit? Augetur scilicet et his hereditas, decem, quae defuncto naturaliter debebantur, in hereditate manentibus.

§ 3.—Is, qui in bonis unum duntaxat servum habebat, legavit eum Titio, et fidei eius commisit, ut post triennium manumitteret; debet ex eo, quod interim ex operis servi ad Titium pervenire potest, quarta apud heredem remanere, quemadmodum si

se pagan los legados, se le computan al heredero para la cuarta parte, que por virtud de la ley Falcidia debe quedar en su poder.

53. CELSO; Digesto, libro XVII.—Si la cuenta de la ley Falcidia está pendiente por causa de las cosas que se legaron bajo condición, las dadas de presente no se reivindicarán íntegras.

54. MARCELO; Digesto, libro XV.—Un padre instituyó heredero á un hijo, del que tenía tres nietos, y encomendó á su fidelidad que no enajenase un fundo, y que lo dejase en la familia; el hijo al morir instituyó herederos á sus tres hijos; se ha de preguntar, si en absoluto como acreedores podrá cada uno de ellos deducir alguna cosa en la cuenta de la ley Falcidia, porque el padre tuvo en su potestad el dejarla preferentemente á cualquiera de ellos. Pero por esta razón ninguno deducirá cosa alguna en la cuenta de la ley Falcidia, lo que se ha de ver, para que no se establezca con dureza; porque ciertamente tuvo el fundo en calidad de deuda, pues habria sido obligado por la necesidad de dejarlo á los hijos.

55. EL MISMO; Digesto, libro XX.—Habiéndose sele legado á Ticio diez para cada año, y teniendo que hacer el juez la cuenta de la ley Falcidia entre el heredero y otros legatarios, á la verdad, viviendo Ticio, debe estimar el litigio en tanto en cuanto se puede vender este legado, considerado como incierto el tiempo que haya de vivir Ticio; pero muerto Ticio, no se debe considerar otra cosa más que lo que por esta causa hubiere debido el heredero.

56. EL MISMO; Digesto, libro XXII.—Uno contra quien se podía ejercitar la acción de peculio quedó heredero del acreedor; preguntas, de qué tiempo se deberá computar el peculio en la ley Falcidia. Y los más opinan, que se ha de considerar lo que hubiere en el peculio cuando se adiese la herencia. Yo lo dudo, porque se determinó que al hacerse la cuenta de la ley Falcidia se atendera al tiempo de la muerte; porque ¿qué importa que el peculio del esclavo se haya disminuido después de la muerte del acreedor, ó que el deudor se haya hecho más pobre?

§ 1.—Alguno dirá, ¿qué será, por el contrario, si el esclavo hubiere adquirido antes de adida la herencia? Y yo preguntaré, ¿y si se aumentaron los bienes del deudor, que entonces no era solvente? Y como en este caso se determinó, que se considerase que por un hecho posterior se hizo más pingüe la herencia, como cuando la condición del crédito se cumplió después de la muerte, así también el aumento del peculio hará más pingüe la herencia.

§ 2.—Nota Scévola: luego ¿qué se dirá, si el mismo esclavo debió diez al difunto y diez á otro, y solamente tuvo diez? Se aumentará, por supuesto, también con estos la herencia, quedando en la herencia los diez que naturalmente se debían al difunto.

§ 3.—Uno, que en sus bienes tenía un solo esclavo, lo legó á Ticio, y encomendó á la fidelidad de éste que lo manumitiese después de tres años; de lo que por el trabajo del esclavo puede ir mientras tanto á poder de Ticio, debe quedar en poder del

(1) Según la escritura original, Br.; habebat, Taur. según corrección del códice Fl.

directo post triennium servo libertatem dedisset, eiusque usumfructum ei legasset, aut ei proprietatem per fideicommissum reliquit (1).

§ 4.—Stichum tibi, servo tuo decem legavit, vel contra, tibi decem, servo tuo Stichum, libertatemque Stichi fidei eius commissit; lex Falcidia minuit legata, redimere ab herede partem debes, quemadmodum si tibi utrumque legasset.

§ 5.—Saepius evenit, ne emolumentum eius legis heres consequatur, nam si centum aureorum dominus vigintiquinque alicui dedisset, et eum instituerit heredem, et dodrantem legaverit, nihil aliud sub occasione legis Falcidiae intervenire potest, quia vivus videtur heredi futuro providere.

57. IDEM libro XXVI. *Digestorum*.—Quum dotem maritus alicui legaverit, ut uxori restitatur, non habere legem Falcidiam locum dicendum est; et sane in plerisque ita observatur, ut omissa interpositi, capientis persona spectetur.

58. MODESTINUS libro IX. *Regularum*.—Legis Falcidiae beneficium heres etiam post longum tempus mortis testatoris implorare non prohibetur.

59. IDEM libro IX. *Pandectarum*.—Beneficio legis Falcidiae indignus esse videtur, qui id egerit, ut fideicommissum intercidat.

§ 1.—Praeterea qui non capienti rogatus est restituere hereditatem, Senatusconsulto Planciano (2) non conceditur quartam retinere, sed ea quarta, quam non retinuit, ad fiscum pertinet ex Rescripto Divi Pii.

60. JAVOLENUS libro XIV. *ex Cassio*.—Quum pater impuberi filiae heredem substituit, id, quod ei legatorum nomine a patre obvenit, quum hereditas ad substitutos pertinet, in computationem legis Falcidiae non venit.

§ 1.—Legato petito, quum in litem iuratum est, ratio legis Falcidiae non eius summae, in quam legatarius iuravit, haberi debet, sed eius, quanti re vera id fuit, quod petitum est; nam id, quod poenae causa accrevit, in legem Falcidiam non incidit.

61. IDEM libro IV. *Epistolarum*.—Alienus fundus tibi legatus est; hunc heres quum emere nisi infinito pretio non posset, emit multo pluris, quam quanti erat, qua emptione effectum est, ut legatarii ad legem Falcidiam revocarentur; quaero, quum, si fundus tanti, quanti re vera, emtus esset, legata non fuerant excessura ius legis Falcidiae, an hoc ipso heres institutus partem revocandi a legatariis ius habeat, quod ex voluntate defuncti pluris emerit fundum, quam quanti erat. Respondit: quod amplius heres, quam pretium fundi, legatario solvit, id lege Falcidia imputari non potest, quia negligentia eius nocere legatariis non debet, utpote quum is confitendo veram aestimationem praestare poterat.

heredero la cuarta, lo mismo que si directamente le hubiese dado la libertad al esclavo después de tres años, y le hubiese legado el usufruto del mismo, ó que si le dejó por fideicomiso la propiedad.

§ 4.—Uno te legó á Stico, y diez á un esclavo tuyo, ó al contrario, á tí diez, y á Stico á tu esclavo, y encomendó á tu fidelidad la libertad de Stico; la ley Falcidia disminuye los legados, y debes rescatar del heredero la parte, lo mismo que si te hubiese legado una y otra cosa.

§ 5.—Sucede muchas veces, que el heredero no consigue el beneficio de esta ley, porque si el dueño de cien áureos hubiese dado á uno veinticinco, y lo hubiere instituido heredero, y hubiere legado los tres cuartos, no puede ocurrir nada con ocasión de la ley Falcidia, porque se considera que en vida provee al futuro heredero.

57. EL MISMO; *Digesto, libro XXVI*.—Cuando un marido hubiere legado á otro la dote para que se la restituya á la mujer, se ha de decir, que no tiene lugar la ley Falcidia; y á la verdad, en la mayor parte de los casos se observa así, que prescindiéndose de la persona interpuesta, se atiende á la del que adquiere.

58. MODESTINO; *Reglas, libro IX*.—No se le prohíbe al heredero implorar el beneficio de la ley Falcidia aun después de largo tiempo de la muerte del testador.

59. EL MISMO; *Pandectas, libro IX*.—Se considera que es indigno del beneficio de la ley Falcidia el que hubiere obrado de modo que se extinga el fideicomiso.

§ 1.—Además de esto, al que se le rogó que restituya la herencia á un incapaz de adquirir, no se le concede por el Senadoconsulto Planciano que retenga la cuarta, sino que según rescripto del Divino Pio esta cuarta le pertenece al fisco.

60. JAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro XIV*.—Cuando el padre substituyó un heredero á su hija impúbera, no se comprende en la computación de la ley Falcidia lo que del padre vá á él á título de legados, cuando la herencia pertenece á los substitutos.

§ 1.—Pedido un legado, cuando se juró para el litigio, se debe considerar como cuenta de la ley Falcidia no la de aquella suma, por la que juró el legatario, sino la de aquella que verdaderamente importó lo que se pidió; porque lo que acreció por causa de pena no cae dentro de la ley Falcidia.

61. EL MISMO; *Epistolas, libro IV*.—Se te legó un fundo ajeno; no pudiéndolo comprar el heredero sino por precio excesivo, lo compró por mucho más de lo que valia, con cuya compra sucedió que los legatarios quedasen sujetos á la ley Falcidia; pregunto, si, no habiendo de haber excedido los legados del límite legal de la ley Falcidia, si el fundo hubiese sido comprado por tanto cuanto verdaderamente valia, tendrá por esto mismo el heredero instituido derecho para reclamar de los legatarios la parte, puesto que por voluntad del difunto compró el fundo en más de cuanto valia. Respondió: no se puede computar en la ley Falcidia lo que sobre el precio del fundo pagó el heredero al legatario, porque su negligencia no debe perjudicar á los legatarios, puesto que podía pagar declarando la verdadera estimación.

(1) *La Vulg.*; relinquit, *el códice Fl.*

(2) *Plautiano, Hal. y la Vulg.*

62. ULPIANUS libro I. ad legem Iuliam et Papiam.—In lege Falcidia hoc esse servandum Iulianus ait, ut si duo rei promittendi fuerint, vel duo rei stipulandi, si quidem socii sint, in ea re dividi inter eos debere obligationem (1), atque si singuli partem pecuniae stipulati essent, vel promisissent; quodsi societas inter eos nulla fuisset, in pendentibus esse, in utrius bonis computari oporteat id, quod debetur, vel ex cuius bonis detrahi.

§ 1.—Corpora, si qua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem aestimanda erunt, hoc est secundum praesens pretium; nec quidquam eorum formali pretio aestimandum esse sciendum est.

63. PAULUS libro II. ad legem Iuliam et Papiam.—Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur (2). Nec enim qui filium naturalem possidet, tanto locupletior est, quod eum, si alius possideret, plurimo redempturus fuisset; sed nec ille, qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri vendere potest, nec expectandum est, dum vendat; sed in praesentia, non qua filius alicuius, sed qua homo aestimatur. Eadem causa est eius servi, qui noxam nocuit; nec enim delinquendo quisque pretiosior fit. Sed nec heredem post mortem testatoris institutum servum tanto pluris esse, quo pluris venire potest, Pedius scribit; est enim absurdum, ipsum me heredem institutum non esse locupletiore, antequam adeam, si autem servus heres institutus sit, statim me locupletiore effectum, quum multis causis accidere possit, ne iussu nostro adeat—acquirat nobis certe—, quum adierit, esse autem praeposterum, ante nos locupletes dici, quam acquiserimus.

§ 1.—Cuius debitor solvendo non est, tantum habet in bonis, quantum exigere potest.

§ 2.—Nonnullam tamen pretio varietatem loca temporaque afferunt; nec enim tantidem Romae et in Hispania oleum aestimabitur, nec continuis sterilitatibus tantidem, quanti secundis fructibus, dum hic quoque non ex momentis temporum, nec ex ea, quae raro accidit, caritate pretia constituantur.

64. ULPIANUS libro XIII. ad legem Iuliam et Papiam.—Si in testamento ita scriptum sit: «heres meus Lucio Titio decem dare damnas esto; et quanto quidem minus per legem Falcidiam capere poterit, tanto amplius ei dare damnas esto», sententiae testatoris standum est.

65. PAULUS libro VI. ad legem Iuliam et Papiam.—Si fundus legatus sit quinquaginta dignus sub hac conditione, si quinquaginta heredi (3) dedisset, plerique putant, utile esse legatum, quia conditionis implendae causa datur; nam constat, etiam Falcidiam eum pati posse; sed si quinquaginta

62. ULPIANO; Comentarios à la ley Julia y Papia, libro I.—Dice Juliano, que en la ley Falcidia se ha de observar esto, que si hubiere dos reos de prometer ó dos reos de estipular, si verdaderamente fueran consocios, se debe dividir sobre esta cosa entre ellos la obligación, lo mismo que si cada uno de ellos hubiese estipulado ó prometido parte del dinero; pero que si entre ellos no hubiese habido ninguna sociedad, queda en suspenso en los bienes de cual de los dos haya de computarse lo que se deba, ó de los bienes de quien haya de deducirse.

§ 1.—Si hay algunas cosas corporales en los bienes del difunto, habrán de ser estimadas conforme à la verdad de la cosa, esto es, según el precio presente; y se ha de saber, que no se ha de estimar cosa alguna de ellas según el precio formal.

63. PAULO; Comentarios à la ley Julia y Papia, libro II.—Los precios de las cosas se establecen no por el afecto, ni por la utilidad de cada una de ellas, sino por la estimación común. Porque el que posee un hijo natural no es tanto más rico porque lo hubiese de comprar en muchísimo más si otro lo poseyera; y el que posee un hijo ajeno tampoco tiene aquella cantidad en que puede vendérselo à su padre, ni se ha de esperar à que lo venda; sino que se estima de presente, no por la cantidad que el hijo de determinada persona, sino por la que un esclavo. La misma es la condición del esclavo que causó algún daño; porque nadie se hace de más precio delinquiendo. Pero escribe Pedio, que tampoco el esclavo instituido heredero después de la muerte del testador es de más valor, porque puede ser vendido en más; porque es absurdo, que instituido yo mismo heredero no sea más rico antes que yo ada la herencia, pero que si hubiera sido instituido heredero un esclavo, inmediatamente me haya hecho yo más rico, cuando por muchas causas puede suceder que no ada por nuestro mandato,—adquiere ciertamente para nosotros, cuando hubiere adido—, pero es intempestivo que nos digamos ricos antes de que hayamos adquirido.

§ 1.—Aquel cuyo deudor no es solvente tiene en sus bienes tanto cuanto puede cobrar.

§ 2.—Los lugares y los tiempos producen, sin embargo, alguna variedad en el precio; porque no se estimará igualmente el aceite en Roma y en España, ni del mismo precio con continuos años estériles que con frutos abundantes, con tal que tampoco en estos casos se establezcan los precios por circunstancias momentáneas de los tiempos, ni por carestía, que rara vez acontezca.

64. ULPIANO; Comentarios à la ley Julia y Papia, libro XIII.—Si en el testamento se hubiera escrito así: «esté condenado mi heredero à darle diez à Lucio Ticio; y cuanto verdaderamente pudiere recibir de menos por causa de la ley Falcidia, otro tanto más esté condenado à darle», se ha de estar à la disposición del testador.

65. PAULO; Comentarios à la ley Julia y Papia, libro VI.—Si se hubiera legado un fundo, que valiese cincuenta, bajo esta condición, si le hubiese dado cincuenta al heredero, opinan los más que es útil el legado, porque se da para que se cumpla la condición; porque consta que también este pue-

(1) debeat obligatio, acertadamente Hal.

(2) finguntur, Hal.

(3) haeres, Hal.

aurei legati sint, si quinguaginta dedisset, dicendum, inutile esse legatum, et magis ridiculum esse.

66. ULPIANUS libro XVIII. ad legem Iuliam et Papiam.—Circa legem Falcidiam in eo, quod sub conditione, vel in diem alicui relictum est, hoc observandum est, si decem sub conditione alicui fuerint relicta, eaque conditio post decennium forte extiterit, non videntur decem huic legata, sed minus decem, quia intervallum temporis, et inter-usurium huius spatii minorem facit quantitatem decem.

§ 1.—Sicuti legata non debentur, nisi deducto aere alieno aliquid supersit, nec mortis causa donationes debentur, sed infirmantur per aes alienum; quare, si immodicum (1) aes alienum interveniat, ex re mortis causa sibi donata nihil aliquis (2) consequitur.

67. TERENCEUS CLEMENS libro IV. ad legem Iuliam et Papiam.—Quoties cuidam amplius legatum sit, quam ei capere liceret, et lex Falcidia locum haberet, prius Falcidiae ratio habenda est, scilicet, ut subducto eo, quod lex Falcidia exceperit, reliquum, si non excedat statutum lege (3) portionem, debeatur.

68. AEMILIUS MACER libro II. ad legem vicissimam (4) hereditatum (5).—Computationi (6) in alimentis faciendae hanc formam esse Ulpianus scribit, ut a prima aetate usque ad annum vicesimum quantitas alimentorum triginta annorum computetur, eiusque quantitatis Falcidia praestetur; ab annis vero viginti usque ad annum vicesimumquintum, annorum vigintiocto; ab annis viginti-cinque usque ad annos triginta, annorum vigintiquinque; ab annis triginta usque ad annos trigintiquinque, annorum vigintiduo; ab annis triginta-cinque usque ad annos quadraginta, annorum viginti; ab annis quadraginta usque ad annos quinquaginta tot (7) annorum computatio fit, quot (8) aetati eius ad annum sexagesimum deerit, remisso uno anno; ab anno vero quinquagesimo usque ad annum quinquagesimum quintum, annorum novem; ab annis quinquaginta-cinque usque ad annum sexagesimum, annorum septem; ab annis sexaginta, cuiuscunque aetatis sit, annorum quinque; eoque nos iure uti, Ulpianus ait, et circa computationem ususfructus faciendam. Solitum est tamen a prima aetate usque ad annum trigesimum computationem annorum triginta fieri; ab annis vero triginta tot annorum computationem iniri (9), quot ad annum sexagesimum deesse videntur; nunquam ergo amplius, quam triginta annorum computatio initur. Sic denique, et si Reipublicae ususfructus legetur, sive simpliciter, sive ad ludos, triginta annorum computatio fit.

§ 1.—Si quis ex heredibus rem propriam esse contendat, deinde hereditariam esse convincatur, quidam putant, eius quoque Falcidiam non posse retineri, quia nihil intersit, subtraxerit, an here-

de soportar la Falcidia; pero si se hubieran legado cincuenta áureos, si hubiese dado cincuenta, se ha de decir que el legado es inútil, y más, que es ridiculo.

66. ULPIANO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XVIII.—Acerca de la ley Falcidia se ha de observar esto, respecto á lo que se dejó á alguno bajo condición ó para cierto dia, que si á uno se le hubieren dejado diez bajo condición, y esta condición se cumpliere acaso después de diez años, no se consideran legados á este los diez, sino menos de diez, porque el intervalo del tiempo y los intereses de este espacio intermedio hacen menor la cantidad de los diez.

§ 1.—Asi como no se deben los legados, sino si deducidas las deudas quedara algo, tampoco se deberán, sino que se invalidan por las deudas, las donaciones por causa de muerte; por lo cual, si hubiera deudas excesivas, nada obtiene uno con cosa que le haya sido donada por causa de muerte.

67. TERENCEIO CLEMENTE; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro IV.—Siempre que á uno se le haya legado más de lo que le fuese lícito adquirir, y tuviera lugar la ley Falcidia, se ha de hacer primero la cuenta de la ley Falcidia, á saber, para que, deducido lo que hubiere tomado la ley Falcidia, se deba lo restante, si no excediera de la porción establecida en la ley Falcidia.

68. EMILIO MACER; Comentarios á la ley vigésima de las herencias, libro II.—Escribe Ulpiano, que para la computación que se ha de hacer en los alimentos hay esta norma, que desde la primera edad hasta los veinte años se compute la cantidad de alimentos de treinta años, y que de esta cantidad se preste la Falcidia; que de los veinte años hasta los veinticinco, la de veintiocho años; desde veinticinco años hasta treinta, la de veinticinco; desde treinta hasta treinta y cinco años, la de veintidós; desde treinta y cinco hasta cuarenta, la de veinte años; desde cuarenta años hasta cincuenta se hace la computación de tantos años cuantos faltaren á su edad para los sesenta, deducido un solo año; desde cincuenta años hasta cincuenta y cinco, la de nueve años; desde cincuenta y cinco hasta sesenta años, la de siete años; y desde sesenta años, de cualquiera edad que sea, la de cinco años; y este derecho observamos, dice Ulpiano, también respecto á la computación que se ha de hacer del usufruto. Pero se acostumbró á hacer la computación de treinta años desde la primera edad hasta los treinta años; y desde los treinta años se ha de hacer la computación de tantos años cuantos se ve que faltan para los sesenta; luego nunca se hace computación de más que de treinta años. Asi, finalmente, también si á la República se legara el usufruto, ora simplemente, ora para juegos, se hace la computación de treinta años.

§ 1.—Si alguno de los herederos sostuviera que una cosa es suya propia, y después fuese convicto de que es de la herencia, opinan algunos que no se podía retener también de ella la Falcidia, por-

(1) modicum, Hal.

(2) aliud, la Vulg.

(3) Según nuestra enmienda; legi, el códice Fl.

(4) vicesimae, conjetura Br.

(5) Maximus ad L. Falcidiam, Hal.; Venuleius, la Vulg.

(6) Haereditatum computationi, Hal. y la Vulg.

(7) tot, omite la Hal.

(8) quod, Hal.

(9) Hal.; inire, el códice Fl.

ditariam esse negaverit; quod Ulpianus recte im-
probat (1).

69. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Usu-
fructu bonorum legato aes alienum ex omnibus
rebus deducendum est, quoniam post Senatuscon-
sultum nulla res est, quae non cadit in ususfructus
legatum.

70. ULPIANUS libro XVI. ad Sabinum.—Fal-
cidiae stipulatio statim committitur, ubi conditio
legati vel debiti extitit.

71. PAULUS libro XXXII. ad Edictum.—Potest
heres in vendenda hereditate cavere, ut et lege
Falcidia interveniente solida legata praestentur,
quia ea lex heredis causa lata est; nec fraus ei fit,
si ius suum deminuat heres.

72. GAIUS libro III. de legatis ad Edictum Prae-
toris (2).—Quantitas patrimonii deducto etiam eo,
quidquid explicandarum venditionum causa im-
penditur, aestimatur.

73. IDEM libro XVIII. ad Edictum provinciale.
—In quantitate patrimonii exquirenda visum (3)
est, mortis tempus spectari. Qua de causa si quis
centum in bonis habuerit, tota ea legaverit, nihil
legatariis prodest, si ante aditam hereditatem per
servos hereditarios, aut ex partu ancillarum here-
ditariarum, aut ex foetu pecorum tantum accesserit
hereditati, ut centum legatorum nomine erogatis
habiturus sit heres quartam partem; sed necesse
est, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur.
Et ex diverso, si ex centum septuagintaquinque
legaverit, et ante aditam hereditatem in tantum
decreverit bona, incendiis forte, aut naufragiis,
aut morte servorum, ut non plus quam septuagin-
taquinque, vel etiam minus relinquatur, solida le-
gata debentur; nec ea res damnosa est heredi, cui
liberum est non adire hereditatem; quae res effi-
cit, ut necesse sit legatariis, ne destituto testamen-
to nihil consequantur, cum herede in portionem
legatorum pacisci.

§ 1.—Magna dubitatio fuit de his, quorum con-
ditio mortis tempore pendet, id est, an, quod sub
condicione debetur, in stipulatoris bonis adnume-
retur, et promissoris bonis detrahatur. Sed hoc iure
utimur, ut, quanti ea spes obligationis venire
possit, (4) tantum stipulatoris quidem bonis ac-
cedere videatur, promissoris vero decedere; aut (5)
cautionibus res explicari potest, ut duorum alter-
um fiat, aut ita ratio habeatur, tanquam pure de-
beat, aut ita, tanquam nihil debeatur. Deinde
heredes et legatarii inter se caveant, ut existente
condicione aut heres reddat, quanto minus solve-
rit, aut legatarii restituant, quanto plus consecuti
sint.

(1) Taur. según la escritura original; probat, corrección
del código Fl., Br.

(2) Taur. según la escritura original; urbani, inserta la
corrección del código Fl., Br.

(3) iussum, Hal.

(4) Taur. según la escritura original; in, inserta la
corrección del código Fl., Br.

que nada importaría que la hubiere substraído, ó
que hubiere dicho que no era de la herencia; lo
que con razón desaprueba Ulpiano.

69. POMPONIO; *Comentarios à Sabino, libro V.*
—Legado el usufruto de los bienes, se han de de-
ducir de todas las cosas las deudas, porque des-
pués del Senadoconsulto no hay cosa alguna que
no caiga dentro del legado del usufruto.

70. ULPIANO; *Comentarios à Sabino, libro XVI.*
—La estipulación de la Falcidia produce su efecto
inmediatamente que se cumplió la condición del
legado ó de la deuda.

71. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXII.*
—Puede el heredero, al vender la herencia, dar
caución de que aun interviniendo la ley Falcidia
se pagarán íntegros los legados, porque esta ley
fué promulgada por causa del heredero; y no se
defrauda á ella, si el heredero disminuyera su de-
recho.

72. GAYO; *Comentarios al Edicto del Pretor, li-
bro III. de los legados.*—Se estima la cuantía
del patrimonio deduciéndose también todo lo que
se gasta para verificar las ventas.

73. EL MISMO; *Comentarios al Edicto Provin-
cial, libro XVIII.*—Pareció que para averiguar la
cuantía del patrimonio se atendiese al tiempo de la
muerte. Por cuya causa, si uno hubiere tenido
ciento en sus bienes, y los hubiere legado todos,
de nada les aprovecha á los legatarios, si antes de
adida la herencia se haya agregado á la herencia,
por los esclavos de la herencia, ó con el parto de
las esclavas de la herencia, ó con las crías del ga-
nado, tanto, que pagados los cien á título de lega-
dos hubiera de tener el heredero la cuarta parte;
sino que es necesario que no obstante se detraiga
de los legados la cuarta parte. Y por el contrario,
si de ciento hubiere legado setenta y cinco, y an-
tes de adida la herencia los bienes hubieren dismi-
nuido tanto, acaso por incendios, ó por naufragios,
ó por muerte de esclavos, que no se dejen más de
setenta y cinco, ó aun menos, se deben íntegros los
legados; y esto no es perjudicial para el heredero,
quien tiene libertad para no adir la herencia; lo
cual hace que los legatarios tengan necesidad de
pactar con el heredero respecto á la porción de los
legados, no sea que no consigan nada habiendo
quedado sin efecto el testamento.

§ 1.—Grande duda hubo respecto á aquello cuya
condición está pendiente al tiempo de la muerte,
esto es, sobre si lo que se debe bajo condición se
cuenta en los bienes del estipulante, y se deduce
de los bienes del que lo promete. Pero usamos de
este derecho, que se considere que á la verdad se
agrega á los bienes del estipulante, y se deduce de
los del que promete, otro tanto de la cantidad en
que se pueda vender esta esperanza de la obliga-
ción; ó se puede resolver el caso dándose caucio-
nes de que se hará una de estas dos cosas, ó que
se considerará la cuenta como si se debiera pura-
mente, ó como si nada se debiese. Y después los
herederos y los legatarios se darán entre sí cau-
ción de que, cumpliéndose la condición, ó el here-
dero dará cuanto hubiere pagado de menos, ó los
legatarios restituirán cuanto hayan conseguido
de más.

(5) et, por aut, Hal.

§ 2.—Sed etsi legata quaedam pure, quaedam sub conditione relicta efficiant, ut existente conditione lex Falcidia locum habeat, pure legata cum cautione redduntur; quo casu magis in usu est, solvi quidem pure legata, perinde ac si nulla alia sub conditione legata fuissent, cavere autem legatarios debere, ex eventu conditionis, quod amplius accepissent, redditum iri.

§ 3.—Cuius generis cautio necessaria videtur, et si quibusdam servis eodem testamento sub conditione libertas data sit, quorum pretia conditione existente bonis detrahuntur.

§ 4.—In diem relicta legata alterius esse iuris, palam est, quum ea omnimodo tam ipsi legatario, quam heredibus eius deberi, certum est; sed tanto minus erogari ex bonis intelligendum est, quantum interea, donec dies obtingit, heres lucraturus est ex fructibus vel usuris.

§ 5.—Ergo optimum quidem est, statim ab initio ita testatorem distribuere legata, ne ultra dodrantem relinquuntur; quodsi excesserit quis dodrantem, pro rata portione per legem ipso iure minuuntur, verbi gratia, si is, qui quadringenta in bonis habuit, tota ea quadringenta erogaverit, quarta pars legatariis detrahatur, si trecenta quinquaginta legaverit, octava; quodsi quingenta legaverit habens quadringenta, initio quinta, deinde quarta pars detrahi debet, ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

74. *IDEM libro III. de legatis ad Edictum Praetoris.*—Quod autem dicitur, si ex iudicio defuncti quartam habeat heres, solida praestanda esse legata, ita accipere debemus, si hereditario iure habeat; itaque quod quis legatorum nomine a coherede accepit, in quadrantem ei non imputatur.

75. *Ex libro XL. Digestorum Iuliani MARCELUS* (1).—Sed si ideo legatum ei datum est, ut integra legata vel fideicommissa praestet, deneganda erit actio legati, si lege Falcidia uti mallet.

76. [75.] *GAIUS libro III. de legatis ad Edictum Praetoris.*—Id autem, quod conditionis implendae causa vel a coherede, vel a legatario, vel a statulibero datur, in Falcidia non imputatur, quia mortis causa capitur. Sane si a statulibero peculiares numos accipiat, pro sua parte quadranti eos imputare aebet, quia pro ea parte non mortis causa capere, sed hereditario iure eos habere intelligitur.

§ 1.—Qua ratione placuit, legata, quae legatarii non capiunt, quum apud heredes subsederint, hereditario iure apud eos remanere intelligi, et ideo quadranti imputanda; nec quidquam interesse, utrum statim ab initio legatum non sit, an, quod legatum est, remanserit.

(1) *Hal. y la Vulg. unen este fragmento al anterior.*

§ 2.—Pero aunque los legados, dejados unos puramente, y otros bajo condición, hagan que cumpliéndose la condición tenga lugar la ley Falcidia, los legados puramente se pagan con caución; en cuyo caso está más en uso, que se paguen ciertamente los legados puros lo mismo que si no hubiese ningunos otros legados bajo condición, pero los legatarios deben dar caución de que se devolverá, en virtud del cumplimiento de la condición, lo que hubiesen recibido de más.

§ 3.—Se considera necesaria caución de este género, también si en el mismo testamento hubiera sido dada bajo condición la libertad á algunos esclavos, cuyo precio se deduce de los bienes al cumplirse la condición.

§ 4.—Es evidente, que otro derecho hay para los legados dejados á término, pues es cierto que estos son de todos modos debidos, tanto al mismo legatario, como á sus herederos; pero se ha de entender, que se gasta de los bienes tanto menos cuanto mientras llega el término ha de lucrar el heredero con los frutos ó con los intereses.

§ 5.—Luego ciertamente es lo mejor, que inmediatamente desde un principio distribuya el testador los legados de modo, que no se dejen más de las tres cuartas partes; pero si alguno se excediere de los tres cuartos, se disminuyen de derecho por la ley á proporción, por ejemplo, si el que tuvo cuatrocientos en sus bienes, hubiere empleado todos estos cuatrocientos, se les detrae á los legatarios la cuarta parte, y la octava, si hubiere legado trescientos cincuenta; pero si teniendo cuatrocientos hubiere legado quinientos, se debe deducir primero la quinta y luego la cuarta parte, porque antes se ha de deducir lo que está fuera de la cuantía de los bienes, y luego lo que de los bienes debe quedar en poder del heredero.

74. *EL MISMO; Comentarios al Edicto del Pretor, libro III. de los legados.*—Pero lo que se dice, que, si por la disposición del difunto tuviera el heredero la cuarta, se han de pagar íntegros los legados, debemos entenderlo de este modo, si la tuviera por derecho de herencia; y así, lo que uno recibió de su coheredero á título de legados, no se le computa para la cuarta.

75. *MARCELO; Doctrina tomada del libro XL. del Digesto de Juliano.*—Mas si se le dió el legado precisamente para que pagara íntegros los legados ó los fideicomisos, se le habrá de denegar la acción de legado, si prefiriera usar de la ley Falcidia.

76. [75.] *GAYO; Comentarios al Edicto del Pretor, libro III. de los legados.*—Mas lo que para cumplir una condición se da á cargo ó de un coheredero, ó de un legatario, ó del que fué dejado libre bajo condición, no se computa en la Falcidia, porque se adquiere por causa de muerte. Y á la verdad, si del que fué dejado libre bajo condición recibe dinero del peculio, debe computarlo por su parte en la cuarta, porque respecto á aquella parte se entiende que no lo adquiere por causa de muerte, sino que lo tiene por derecho de herencia.

§ 1.—Por cuya razón plugo, que se entienda que los legados que los legatarios no adquieren permanentemente, cuando hubieren quedado en poder de los herederos, en poder de estos por derecho de herencia, y han de ser por lo tanto computados en la cuarta; y que nada importa, que no se haya legado inmediatamente desde un principio, ó que haya quedado lo que se legó.

77. [76.] IDEM libro XVIII. ad Edictum provinciale.—In singulis heredibus rationem legis Falcidiae componendam (1) esse, non dubitatur; et ideo si Titio et Seio heredibus institutis semis hereditatis Titii exhaustus est, Seio autem quadrans totorum bonorum relictus sit, competit Titio beneficium legis Falcidiae.

78. [77.] IDEM libro III. de legatis ad Edictum Praetoris urbani.—Quodsi alterutro eorum deficiente alter heres solus extiterit, utrum perinde ratio legis Falcidiae habenda sit, ac si statim ab initio is solus heres institutus esset, an singularum portionum separatim causae spectandae sunt? Et placet, si eius pars legatis exhausta sit, qui heres extiterit, adiuvari legatarios per deficientem partem, quae (2) non est legatis onerata, quia et legata, quae apud heredem remanent, efficiunt, ut ceteris legatariis aut nihil, aut minus detrahatur; si vero defecta pars fuerit exhausta, perinde in ea ponendam rationem legis Falcidiae, atque si ad eum ipsum pertineret, a quo defecta fieret.

79. [78.] IDEM libro XVIII. ad Edictum provinciale.—In duplicibus testamentis, sive de patrimonio quaeramus, ea sola substantia spectatur, quam pater, quum moreretur, habuerit—nec ad rem pertinet, si post mortem patris filius vel adquisierit aliquid, vel deminuerit—, sive de legatis quaeramus, tam ea, quae in primis, quam ea, quae in secundis tabulis relicta sunt, in unum contribuantur, tanquam si et ea, quae a filii herede reliquisset testator, a suo herede sub alia conditione legasset.

80. [79.] IDEM libro III. de legatis ad Edictum Praetoris.—Si is, qui quadringenta in patrimonio habebit (3), filio impubere herede instituto ducenta legaverit, eique Titium et Seium heredes substituerit, et a Titio centum legaverit, videamus, quid iuris sit, si nondum solutis legatis pupillus deciderit, et ob id ea legata utrique deberent (4). Solus heres Titius utetur lege Falcidia; quum enim ducenta ex heredibus pupilli ad eum pertineant, ducenta legatorum nomine debet, centum ex ducentis, quae pupillus debebat, centum, quae ipse dare iussus est; itaque ex utraque quantitate quarta deducta habebit quinquaginta. In persona vero Seii lex Falcidia non intervenit, quum ad eum ex hereditate pupilli ducenta pertineant, et debeat legatorum nomine centum ex ducentis, quae a pupillo relicta sunt. Quodsi pupillus solvat legata, debent curare tutores pupilli, ut caveant legatarii.

§ 1.—Quaedam legata divisionem non recipiunt, ut ecce legatum viae, itineris, actusve; ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere. Sed et si opus municipibus heres facere iussus est, individuum videtur legatum; neque enim ullum bal-

77. [76.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVIII.*—No se duda, que la cuenta de la ley Falcidia ha de formarse respecto de cada heredero; y por lo tanto, si instituidos herederos Ticio y Seyo se agotó toda la mitad de la herencia correspondiente á Ticio, pero á Seyo se le hubiera dejado la cuarta parte de todos los bienes, le compete á Ticio el beneficio de la ley Falcidia.

78. [77.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto del Pretor urbano, libro III.*—Pero si faltando uno de ellos, hubiere quedado solo el otro heredero, acaso se habrá de hacer la cuenta de la ley Falcidia lo mismo que si inmediatamente desde el principio sólo este hubiese sido instituido heredero, ó se han de considerar por separado las causas de cada porción? Y se determina, que si se hubiera agotado la parte del que hubiere quedado heredero, se beneficia á los legatarios con la parte vacante, que no fué gravada con legados, porque también los legados, que quedan en poder del heredero, hacen que á los demás legatarios ó no se les deduzca nada, ó se les deduzca menos; pero si se hubiere agotado la parte vacante, se ha de formar respecto á ella la cuenta de la ley Falcidia de igual manera que si le perteneciese al mismo por quien hubiese quedado vacante.

79. [78.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVIII.*—En los testamentos dobles, si tratamos del patrimonio, se consideran aquellos solos bienes que el padre hubiere tenido al morir,—y no importa al caso, si después de la muerte del padre el hijo hubiere adquirido ó disminuido alguna cosa—, y si tratáramos de los legados, se computan juntos, tanto los que se dejaron en el primer testamento, como los que en el segundo, de igual modo que si los que el testador hubiese dejado á cargo del heredero del hijo los hubiese legado también á cargo de su propio heredero bajo otra condición.

80. [79.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto del Pretor, libro III. de los legados.*—Si el que tuviere cuatrocientos en su patrimonio hubiere legado doscientos habiendo instituido heredero á su hijo impubero, y á éste le hubiere substituido como herederos á Ticio y á Seyo, y á cargo de Ticio hubiere legado ciento, veamos qué derecho habrá, si el pupilo hubiere fallecido no habiéndose pagado todavía los legados, y por esto debiesen ambos los legados. Sólo el heredero Ticio usará de la ley Falcidia; porque perteneciéndole doscientos de la herencia del pupilo, debe doscientos á título de legados, ciento de los doscientos que el pupilo debía, y ciento que á él mismo se le mandó dar; y así, deducida la cuarta de ambas cantidades, tendrá cincuenta. Mas respecto á la persona de Seyo no tiene lugar la ley Falcidia, porque á él le pertenecen doscientos de la herencia del pupilo, y debe á título de legados ciento de los doscientos que se dejaron á cargo del pupilo. Pero si el pupilo pagara los legados, los tutores del pupilo deben cuidar de que den caución los legatarios.

§ 1.—Algunos legados no son susceptibles de división, como por ejemplo, el legado de vía, de paso, ó de conducción; porque esto á nadie le puede pertenecer en parte. Pero también si al heredero se le mandó hacer una obra para los de un mu-

(1) computandam, la Vulg.

(2) Hal.; quia ea, el códice Fl.

(3) habebat a filio, Hal.

(4) Hal.; debet, el códice Fl.

neum, aut ullum theatrum, aut stadium fecisse intelligitur, qui ei propriam formam, quae ex consummatione contingit, non dederit; quorum omnium legatorum nomine, etsi plures heredes sint, singuli in solidum tenentur. Haec itaque legata, quae dividuitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent. Sed potest heredi hoc remedio succurri, ut aestimatione facta legati denuntiet legatario, ut partem aestimationis inferat, si non inferat, utatur adversus eum exceptione doli mali.

81. [80.] IDEM libro XVIII. ad Edictum provinciale.—Sed ususfructus legatus venit in computatione legis Falcidiae; nam divisionem recipit, adeo ut, si duobus legatus fuerit, ipso iure ad singulos partes pertineant.

§ 1.—Dos relegata (1) extra rationem legis Falcidiae est, scilicet quia suam rem mulier recipere videtur.

§ 2.—Sed et de his quoque rebus, quae mulieris causa emtae, paratae essent, ut hae quoque extra modum legis essent, nominatim ipsa Falcidia lege expressum est.

81. [82.] ULPIANUS libro VIII. Disputationum.—Quaerebatur, quum is, qui solum in nomine quadringenta in bonis habebat, ipsi debitori liberationem, Seio autem quadringenta legaverit, si debitor vel solvendo non sit, vel centum facere possit, quantum quisque habeat interventu legis Falcidiae. Dicebam, legem Falcidiam ex eo, quod refici ex hereditate potest, quartam heredi tribuere, residuum dodrantem inter legatarios distribuere. Quare quum nomen minus solvendo est in hereditate, eius, quod exigi potest, pro rata fit distributio; residui venditio facienda est, ut id demum in hereditate computetur, quanti nomen distrahi potest. Sed quum debitori liberatio relinquitur, ipse sibi solvendo videtur, et, quod ad se attinet, dives est; quippe si ei mortis causa accepto feratur id, quod debet, quadringenta cepisse videbitur, licet nihil facere possit; sensisse enim liberationem plenam videtur, quamvis nihil facere possit, si soli ei liberatio relicta est; et ideo Falcidia interveniente trecenta accepto illi ferri debent, residua centum durabant in obligationem, et si quidem facere posse coeperit, exigentur ab eo duntaxat usque ad centum. Idemque erit dicendum, et si mortis causa accepto ei quadringenta ferantur. Unde eleganter, dicitur, acceptilationem in pendenti fore, ut, si quidem mortis tempore quadringenta tota inveniantur, in trecenta valeat acceptilatio; si vero praeterea aliquid inveniantur, quod quadrantem suppleat, heredi in quadringenta acceptilatio proficiet. Quodsi debitor iste quadringentorum duntaxat centum facere potest, quia sibi solvendo est, necesse habebit centum refundere. Quum igitur debitor sibi solvendo sit, eveniet, ut, si herede aliquo instituto ipsi debitori liberatio, et alii quadringenta legata sint, si quidem solvendo sit debitor, centum quinquaginta ex trecentis retineat, alia centum quinquaginta legatario praestentur, heres centum habeat; sin vero centum tantum facere possit, heredi ex refecto quarta servanda est. Sic fiet, ut centum, quae praestari possunt, in quatuor

nicio, se considera indivisible el legado; pues no se entiende que hizo baño alguno, ó teatro, ó estadio, el que no le hubiere dado la forma propia, que resulta de la terminación; por razón de todos cuyos legados, aunque sean muchos los herederos, está cada uno obligado por la totalidad. Y así, estos legados, que no son susceptibles de división, pertenecen íntegros al legatario. Pero se le puede amparar al heredero con este remedio, que, hecha la estimación del legado, la haga saber al legatario para que pague parte de la estimación, y, si no la pagara, ejercite contra él la excepción de dolo malo.

81. [80.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVIII.*—Pero el usufruto legado se comprende en la computación de la ley Falcidia; porque admite división, de tal manera, que, si hubiere sido legado á dos, de derecho le corresponde á cada uno su parte.

§ 1.—La dote legada está fuera de la cuenta de la ley Falcidia, á saber, porque se considera que la mujer recibe cosa propia suya.

§ 2.—Pero también se expresó determinadamente en la misma ley Falcidia, respecto á las cosas que hubiesen sido compradas ó preparadas para la mujer, que también estas estuviesen fuera de la tasa de la ley.

82. [81.] ULPIANO; *Disputas, libro VIII.*—Se preguntaba, en el caso de que uno, que en sus bienes tenia solamente cuatrocientos en un crédito, hubiere legado la liberación al mismo deudor, y á Seyó los cuatrocientos, cuánto tendrá cada uno por la aplicación de la ley Falcidia, si el deudor no fuera solvente, ó pudiera pagar ciento. Yo decía, que la ley Falcidia le concede al heredero la cuarta de lo que se puede percibir de la herencia, y distribuye entre los legatarios los tres cuartos restantes. Por lo cual, cuando en la herencia hay un crédito no cobrable del todo, se hace á prorata la distribución de lo que se puede cobrar; pero se ha de hacer la venta del resto, para que sólo se compute en la herencia la cantidad en que se puede vender el crédito. Mas cuando al deudor se le deja la liberación, él es considerado solvente para sí mismo, y, por lo que á él atañe, es rico; porque si por causa de muerte se le diese por pagado lo que debe, se considerará que recibió cuatrocientos, aunque nada pueda pagar; pues se considera que experimentó la liberación plena, aunque nada pudiera pagar, si á él solo se dejó la liberación; y por lo tanto, mediando la Falcidia, se le deben dar por recibidos trescientos, y subsistirán en la obligación los ciento restantes, y si verdaderamente hubiere comenzado á poder pagar, se exigirán de él solamente hasta ciento. Y lo mismo se habrá de decir, también si por causa de muerte se le diesen por recibidos cuatrocientos. Por lo que con discreción se dice, que la aceptilación quedaría en suspenso, para que, si verdaderamente se hallaran todos los cuatrocientos al tiempo de la muerte, sea válida por trescientos la aceptilación; pero si además se encontrara alguna cosa, que complete la cuarta, la aceptilación aprovechará para los cuatrocientos. Mas si este deudor de los cuatrocientos solamente puede pagar ciento, como para sí es solvente, tendrá necesidad de pagar ciento. Así, pues, siendo el deudor solvente para sí, sucederá, que, si instituido alguien heredero, se le hubiera legado

(1) legata, la Vulg.

partes dividantur, tres partes ferant legatarii, heres vigintiquinque habeat, debitor, qui solvendo non est, secum centum quinquaginta compenset; de residuis centum quinquaginta, quae exigi non possunt, venditio fiet nominis, idque, quasi solum in bonis fuerit, repraesentatur. Quodsi nihil facere debitor potest, aequè in centum quinquaginta accepto liberandus est; de residuo venditionem nominis faciendam Neratius ait; quod et nos probamus.

83. [82.] IULIANUS libro XII. Digestorum.—Si creditor filii tui heredem te instituerit, et legis Falcidiae rationem ponas, peculii quantitas, quod aditae hereditatis tempore fuisset, in quadrantem tibi imputabitur.

84. [83.] IDEM libro XIII. Digestorum.—Reperitur casus, quo heres agere potest, quamvis testator agere non potuerit, veluti si tutor, quum solveret legata, non interposuerit stipulationem, quanto plus, quam per legem Falcidiam capi licuerit, solum fuerit, reddi. Pupillus quidem eo nomine tutelae non agit, sed heredi eius hoc quoque nomine tutor obligatus erit.

85. [84.] IDEM libro XVIII. Digestorum.—Si dos socero data est, et solus filius heres patri extitisset, dotem confestim in computatione (1) hereditatis, et Falcidiae rationem in aere alieno deducet; aliter enim videbitur indotatam uxorem habere. Quodsi filius extraneum coheredem habeat, ipse quidem semper, pro qua parte patri heres erit, dotem in aere alieno deducet, et coheres eius, antequam dos a filio praecipiat (2).

86. [85.] IDEM libro XL. Digestorum.—Titia testamento suo Titium, fratrem suum, ex parte tertia heredem instituit, fideique eius commisit, ut hereditatem retenta quarta parte Secundae et (3) Proculae (4) restituat; eadem fratri quaedam praedia praelegavit; quaero, an Titius ea, quae praelegata sunt, etiam pro ea parte hereditatis, quam rogatus est restituere, an integra retinere debeat. Respondi, Titium legata integra retinere debere, sed in partem quartam imputari oportere duodecimam partem praediorum; sed si non esset adiectum, ut pars quarta deduceretur, totum trium praediorum legi Falcidiae imputari oportere, quoniam contra sententiam matris familiae lex Falcidia induceretur.

87. [86.] IDEM libro LXI. Digestorum.—Qui

(1) computationem, *Hal. y la Vulg.*
 (2) percipiatur, *Hal. y la Vulg.*
 (3) et, *omitela Hal*

al mismo deudor la liberación, y á otro cuatrocientos, si verdaderamente fuera solvente el deudor, retendrá de los trescientos ciento cincuenta, se darán al legatario otros ciento cincuenta, y el heredero tendrá ciento; mas si solamente pudiera pagar ciento, se le ha de reservar al heredero la cuarta de lo recobrado. Así sucederá, que los ciento que se pueden pagar se dividirán en cuatro partes, de las que los legatarios se llevarán tres, el heredero tendrá veinticinco, y el deudor, que no es solvente, compensará consigo mismo ciento cincuenta; y en cuanto á los restantes ciento cincuenta, que no se pueden cobrar, se hará la venta del crédito, y esto se representa, como si hubiere sido lo único que hubiere habido en los bienes. Mas si el deudor no puede pagar nada, ha de ser igualmente liberado de ciento cincuenta dándose los por recibidos; y en cuanto al resto, dice Neracio que se hará la venta del crédito; lo que también aprobamos nosotros.

83. [82.] JULIANO; Digesto, libro XII.—Si un acreedor de tu hijo te hubiere instituido heredero, y formalizaras la cuenta de la ley Falcidia, se te computará para la cuarta la cantidad del peculio, que hubiese habido al tiempo de haber sido adida la herencia.

84. [83.] EL MISMO; Digesto, libro XIII.—Se da el caso en que el heredero puede ejercitar la acción, aunque el testador no haya podido ejercitarla, como si el tutor, al pagar los legados, no hubiere interpuesto estipulación de que se devolverá cuanto se hubiere pagado de más de lo que por la ley Falcidia hubiere sido lícito adquirir. El pupilo no ejercita ciertamente por este título la acción de tutela, pero el tutor estará obligado á su heredero también por este título.

85. [84.] EL MISMO; Digesto, libro XVIII.—Si al suegro se le dió la dote, y sólo el hijo hubiese quedado heredero del padre, deducirá inmediatamente como deuda la dote en la computación de la herencia, y para la cuenta de la Falcidia; porque de otra manera parecerá que tenia indotada á la mujer. Pero si el hijo tuviera un coheredero extraño, él, ciertamente deducirá siempre como deuda la dote con relación á la parte en que fuere heredero del padre, y su coheredero, antes que la dote sea retirada por el hijo.

86. [85.] EL MISMO; Digesto, libro XL.—Ticia en su testamento instituyó á Ticio, su hermano, heredero de la tercera parte, y encomendó á su fidelidad, que retenida la cuarta parte restituyese la herencia á Segunda y á Prócula; la misma le prelegó al hermano algunos predios; pregunto, si deberá Ticio retener los que fueron prelegados, también en cuanto á la parte de herencia que se le rogó que restituyera, ó integros. Respondi, que Ticio debía retener integros los legados, pero que para la cuarta parte se debía computar la duodécima parte de los predios; pero si no se hubiese añadido que se dedujera la cuarta parte, se debería computar para la ley Falcidia todo el tercio de los predios, porque la ley Falcidia se aplicaría contra la disposición de la madre de familia.

87. [86.] EL MISMO; Digesto, libro LXI.—Si

(4) *Taur. según corrección del código Fl.; ut, inserta la escritura original, Br.*

fundum solum in bonis centum relinquebat, si heredem suum damnaverit, ut eum quinquaginta Titio venderet, non est existimandus amplius, quam quinquaginta legasse; ideoque lex Falcidia locum non habet.

§ 1.—Item si (1) is, qui duos fundos in bonis centum haberet, (2) me et Titium heredes instituisset, et damnasset me, ut Titio fundum Cornelianum quinquaginta venderem, et contra Titium damnasset, ut mihi fundum Seianum quinquaginta venderet, non animadverto, quemadmodum lex Falcidia locum habere possit, quum uterque heredum unius fundi partem dimidiam hereditario iure habiturus sit, in qua pars dimidia hereditatis est; nam certe, qui damnatus est fundum Cornelianum vendere, Seiani fundi partem hereditario iure habet, item qui damnatus est Seianum fundum vendere, partem Corneliani fundi hereditario iure retinet.

§ 2.—Si quis heredem instituerit eum, cui rogatus fuerat post mortem suam centum restituere, in ratione legis Falcidiae centum deducere debet, quia si alius quilibet heres extitisset, haec centum in aere alieno ponerentur.

§ 3.—Si tu ex parte quarta, Titius ex parte quarta heredes scripti fueritis, deinde tu ex parte dimidia heres institutus fueris sub conditione, et legata, item libertates datae fuerint, pendente conditione libertates competent, legata tota praestabuntur, quia, sive conditio extiterit te herede existente, utraque valent, sive conditio defecerit, tu et Titius heredes eritis. (3) Lege Falcidia si hoc quaeris, an existente conditione miscetur quadrans tuus et semis, atque ita pro dodrante ratio ponenda est cum his, quibus a te pure herede legatum est? respondebimus, misceri duas partes.

§ 4.—Qui filium suum impuberem et Titium aequis partibus heredes instituerat, a filio totum semissem legaverat, a Titio nihil, et Titium filio substituerat; quaesitum est, quum Titius ex institutione adisset, et impubere filio mortuo ex substitutione heres extitisset, quantum legatorum nomine praestare deberet. Et placuit, solida legata eum praestare debere, nam confusi duo semisses efficerent, ut circa legem Falcidiam totius assis ratio haberetur, et solida legata praestarentur. Sed hoc ita verum est, si filius, antequam patri heres existeret, decessisset. Si vero (4) patri heres fuit, non ampliora legata debet substitutus, quam quibus pupillus obligatus fuerat, quia non suo nomine obligatur, sed defuncti pupilli, qui nihil amplius, quam semissis dodrantem praestare necesse habuit.

§ 5.—Quodsi extranei heredis semis totus legatus fuerit, isque pupillo, a quo nihil legatum erat, ex substitutione heres extiterit, poterit dici, augeri legata, et perinde agendum, ac si cuilibet coheredi substitutus fuisset, eoque omittente hereditatem ex asse heres extitisset, quia semper substitutus

el que dejaba en sus bienes sólo un fundo que valía ciento, hubiere condenado á su heredero á que se lo vendiese por cincuenta á Ticio, no se ha de estimar que legó más de cincuenta; y por lo tanto no tiene lugar la ley Falcidia.

§ 1.—Igualmente, si el que tuviera en sus bienes dos fundos que valiesen ciento, nos hubiese instituido á mí y á Ticio herederos, y me hubiese condenado á que le vendiese á Ticio por cincuenta el fundo Corneliano, y por el contrario, hubiese condenado á Ticio á venderme en cincuenta el fundo Seyano, no atino de qué manera pueda tener lugar la ley Falcidia, pues cada uno de los herederos habrá de tener por derecho de herencia la mitad de un solo fundo, en cuya parte consiste la mitad de la herencia; porque á la verdad, el que fué condenado á vender el fundo Corneliano tiene por derecho de herencia parte del fundo Seyano, é igualmente, el que fué condenado á vender el fundo Seyano retiene por derecho de herencia parte del fundo Corneliano.

§ 2.—Si á aquel, á quien se le había rogado que después de su muerte restituyera ciento á alguien, lo hubiere alguno instituido heredero, debe este deducir los ciento en la cuenta de la ley Falcidia, porque si otro cualquiera hubiese quedado heredero, se pondrían estos ciento entre las deudas.

§ 3.—Si tu hubieses sido instituido heredero de una cuarta parte, y Ticio también de una cuarta parte, y después tú hubieses sido instituido heredero de la mitad bajo condición, y se hubieren dado legados y también libertades, competarán las libertades estando pendiente la condición, y se pagarán íntegros los legados, porque, si se hubiere cumplido la condición quedando tú heredero, serán válidas ambas cosas, y si hubiere faltado la condición, tú y Ticio seréis los herederos. Y si respecto á la ley Falcidia preguntas esto, ¿cumpliéndose la condición, se mezclarán tu cuarta parte y tu mitad, y se ha de hacer de este modo la cuenta respecto á los tres cuartos con aquellos á quienes se les legó á tu cargo, instituido tú heredero puramente? Responderemos, que se mezclan las dos partes.

§ 4.—Uno, que había instituido herederos por partes iguales á su hijo impúbero y á Ticio, había legado á cargo de su hijo toda la mitad de la herencia, y nada á cargo de Ticio, y á Ticio lo había substituido al hijo; se preguntó, habiendo adido Ticio en virtud de la institución, y habiendo quedado heredero por la substitución, muerto impúbero el hijo, cuánto debería dar á título de legados. Y se determinó, que él debía pagar íntegros los legados, porque las dos mitades confundidas harían que en cuanto á la ley Falcidia se tuviese cuenta de toda la herencia, y se pagasen íntegros los legados. Pero esto es verdad de este modo, si el hijo hubiese fallecido antes que quedara heredero del padre. Mas si fué heredero del padre, el substituto no debe más legados que aquellos á que había sido obligado el pupilo, porque no se obliga en su propio nombre, sino en el del pupilo fallecido, el cual no tuvo necesidad de dar nada más que los tres cuartos de la mitad de la herencia.

§ 5.—Pero si se hubiere legado íntegra la mitad de la herencia correspondiente á un heredero extraño, y este por virtud de substitución hubiere quedado heredero del pupilo, á cargo del cual no se había legado nada, se podrá decir que se aumentan los legados, y que se ha de proceder lo mismo

(1) Hal.; (si), Taur. según el código Fl.

(2) Hal.; si, inserta el código Fl.

(3) De, insertan Hal. y la Vulg.

(4) prius, insertan Hal. y la Vulg.

rationem legis Falcidiae ex quantitate bonorum, quae pater reliquerit, ponet (1).

§ 6.—Eadem dicenda sunt, et si pater duos impuberes heredes instituerit, et eosdem invicem substituerit, deinde iure substitutionis ad alterum hereditas reciderit, et legis Falcidiae ratio habenda sit.

§ 7.—Qui filios impuberes duos habebat, alterum heredem instituit, alterum exheredavit, deinde exheredatum instituto substituit, ac postea exheredato Maevium, et ab eo legavit, et exheredatus fratri impuberi extitit heres, deinde impubes decessit; quum iudicio patris facultates paternae per causam hereditariam ex substitutione ad eum perveniant, potest dici, legata ab eo relicta praestanda esse, habita ratione legis Falcidiae in his bonis, quae pater mortis tempore reliquerit. Nec huic contrarium est, quod, quum exheredato pater legatum dederit, nihilo magis substitutus legatis obligabitur, quia eo casu non hereditatis paternae portio, sed legatum ad eum pervenit. Dicit aliquis, quid ergo, si exheredatus filius non ex substitutione fratri suo heres extiterit, sed aut lege, aut per interpositam personam, atque ita impubes decesserit, sic quoque existimandus erit substitutus legata debere? Minime (2), nam quantum intersit, exheredatus filius ex substitutione fratri suo heres existat, an alio modo, vel ex eo apparet, quod alias ab eo legare pater potuit, alias non potuit. Est igitur rationi congruens, ne plus iuris circa personam substituti testator habeat, quam habuerat in eo, cui eum substituebat.

§ 8.—Coheres pupillo datus si pro parte sua legata, habita legis Falcidiae ratione, praestiterit, deinde impubere mortuo ex substitutione heres extiterit, et semis pupilli legatis exhaustus esset, ex integro legis Falcidiae ratio ponenda erit, ut contributis legatis, quae ab ipso, et quae a pupillo data fuerant, pars quarta bonorum apud eum remaneat; licet enim pupillo heres existat, tamen circa legem Falcidiam perinde ratio habetur, ac si patri heres extitisset. Nec aliter augebuntur legata, quae ab ipso ultra dodrantem data fuerant, quam augentur, quum ex parte heres institutus, et coheredi suo substitutus, deliberante coherede, legata, habita ratione legis Falcidiae, solvit, deinde ex substitutione alteram quoque partem hereditatis acquirit.

88. [87.] AFRICANUS libro V. Quaestionum.—Qui quadringenta habebat, trecenta legavit, deinde fundum tibi dignum centum aureis sub hac conditione legavit, si legi Falcidiae in testamento suo

que si hubiese sido substituido á un coheredero cualquiera, y prescindiendo este de la herencia hubiese quedado heredero de toda ella, porque el substituido formalizará siempre la cuenta de la ley Falcidia en virtud de la cantidad de bienes que el padre hubiere dejado.

§ 6.—Lo mismo se ha de decir, también si el padre hubiere instituido herederos á dos impuberos, y los hubiere substituido reciprocamente, y después por derecho de la substitución hubiere recaído en uno de ellos la herencia, y se hubiere de hacer la cuenta de la Falcidia.

§ 7.—Uno, que tenía dos hijos impuberos, instituyó heredero á uno, desheredó al otro, después substituyó el desheredado al instituido, y luego á Mevio al desheredado, é hizo legados á cargo de aquel, y el desheredado quedó heredero del hermano impubero, y después falleció impubero; yendo á él por disposición del padre los bienes paternos por causa de la herencia en virtud de la substitución, se puede decir que se han de pagar los legados dejados á cargo de él, habida la cuenta de la ley Falcidia respecto á los bienes que el padre hubiere dejado al tiempo de la muerte. Y no es contrario á esto, que, habiéndole dado el padre un legado al desheredado, en nada más estará obligado por legados el substituto, porque en este caso no va á poder de él una porción de la herencia paterna, sino un legado. Dirá alguno, luego qué será, si el hijo desheredado hubiere quedado heredero de su hermano, no por virtud de la substitución, sino ó por la ley, ó por medio de otra persona, y así hubiere fallecido impubero; también de este modo se habrá de estimar que el substituto debe los legados? De ninguna manera, porque cuánta sea la diferencia entre que el hijo desheredado quede heredero de su hermano en virtud de la substitución, ó de otro modo, aparece de esto, de que en un caso pudo el padre legar á cargo de él, y en el otro no pudo. Es, pues, conforme á razón, que no tenga el testador respecto á la persona del substituto más derecho que el que había tenido respecto á aquel á quien lo substituí.

§ 8.—Si el coheredero dado al pupilo hubiere pagado los legados con arreglo á su parte, habida la cuenta de la ley Falcidia, y después, fallecido el impubero, hubiere quedado heredero por substitución, y la mitad de la herencia correspondiente al pupilo se hubiese agotado con legados, se habrá de formar de nuevo la cuenta de la ley Falcidia, para que, reunidos los legados, los que se habían dado á cargo de él, y los que al del pupilo, quede en poder de él la cuarta parte de los bienes; porque aunque quede heredero del pupilo, sin embargo, respecto á la ley Falcidia se hará la cuenta lo mismo que si hubiese quedado heredero del padre. Y no se aumentarán los legados, que por más de los tres cuartos se habían dado á cargo de el mismo, de otro modo, que como se aumentan cuando el heredero instituido en una parte, y substituido á su coheredero, paga, mientras delibera el coheredero, los legados, habida la cuenta de la ley Falcidia, y adquiere después por la substitución también la otra parte de la herencia.

88. [87.] AFRICANO; Cuestiones, libro V.—Uno, que tenía cuatrocientos, legó trescientos, y después le legó un fundo, que valía cien áureos, bajo esta condición, si en su testamento no hubiese lugar á

(1) deducet, la Vulg.

(2) minime debere; nam, Hal.

locus non esset; quaeritur, quid iuris est? Dixi, τῶν ἀπορῶν [ex perplexis] (1) hanc quaestionem esse, qui tractatus apud dialecticos τοῦ ψευδομένου [frustratorii cavillatorique] dicitur. Etenim quidquid constituerimus verum esse, falsum reperietur; namque si legatum tibi datum valere dicamus, legi Falcidiae locus erit, ideoque deficiente conditione non debetur; rursus si, quia conditio deficiat, legatum valiturum non sit, legi Falcidiae locus non erit; porro si legi locus non sit, existente conditione legatum tibi debetur. Quum autem voluntatem testatoris eam fuisse appareat, ut propter tuum legatum ceterorum legata minui nollet, magis est, ut statuere debeamus, tui legati conditionem defecisse.

§ 1.—Quid ergo dicemus, si ducenta legavit, et tibi similiter sub eadem conditione ducenta legata esse proponantur? Nam aut extitisse, aut defecisse legati tui conditionem, ut aut totum, aut nihil tibi debeatur, et iniquum, et contra voluntatem testatoris existimabitur; rursus partem deberi, rationi non congruit, quando (2) necesse est, totius legati conditionem vel extitisse, vel defecisse; ergo per exceptionem doli mali tota ea res temperanda erit.

§ 2.—Quare, quum quis tale quid consequi velit, sic consequetur: «si quo amplius legavi, vel legavero, quam per legem Falcidiam licebit, tum quantum ad supplendum quadrantem deduci oportet ex eo legato, quod Titio dedi, heres meus damnas esto dare».

§ 3.—Qui ducenta in bonis relinquebat, legavit mihi centum praesenti die, tibi aequae centum sub conditione; post aliquantum temporis extitit conditio, ita tamen, ut ex reditu eius summae, quae tibi relicta est, non amplius, quam vigintiquinque reciperet; legis Falcidiae ratio ita habenda erit heredi, ut vigintiquinque conferre ei debeamus, et amplius fructus quinquaginta (3) medii temporis, qui verbi gratia efficient quinque. Quum igitur triginta sint conferenda, quidam putant, quina dena ab utroque nostrum conferenda esse; quod minime verum est. Licet enim eandem quantitatem acciperimus, manifestum tamen est, aliquanto uberius esse meum legatum. Quare statuendum erit, tanto minus in tuo legato esse, quantum ex fructibus eius heres perceperit. Secundum quod in proposita specie computationem ita iniri oportet, ut ex septem partibus ego quatuor, tu tres conferamus, quoniam quidem (4) quarta pars amplius in meo, quam in tuo legato est.

98. [88.] MARCIANUS libro VII. Institutionum. — Divi Severus et Antoninus rescripserunt, pecuniam relictam ad alimenta puerorum Falcidiae subiectam esse, et, ut idoneis nominibus (5) collocetur pecunia, ad curam suam revocaturum Praesidem provinciae.

§ 1.—Divi Severus et Antoninus generaliter rescripserunt Bononio Maximo, usuras praestiturum eum, qui frustrationis causa beneficium legis Falcidiae imploravit.

la ley Falcidia; se pregunta, ¿qué derecho hay? Dije, que esta cuestión era de las perplejas, cuyo tratado se llama entre los dialécticos de cosa vana y cavilosa. Porque cualquier cosa que decidiéramos que era verdadera, se hallará que es falsa; pues si dijéramos que era válido el legado que se te dió, habrá lugar á la ley Falcidia, y por lo tanto, faltando la condición, no se deberá; y á su vez, si porque falte la condición no hubiera de ser válido el legado, no habrá lugar á la ley Falcidia; pero si no hubiera lugar á la ley, cumpliéndose la condición, se te deberá el legado. Mas apareciendo que la voluntad del testador fué esta, que no quería que por causa de tu legado se disminuyesen los legados de los demás, es mejor que debamos decidir que faltó la condición de tu legado.

§ 1.—Luego ¿qué diremos, si legó doscientos, y se expusiera que igualmente se te legaron doscientos bajo la misma condición? Porque ó que se cumplió, ó que faltó la condición de tu legado, de suerte que ó se te deba todo, ó nada, será estimado así injusto, como contrario á la voluntad del testador; á su vez, que se debe una parte, no es conforme á razón, pues es necesario ó que se haya cumplido, ó que haya faltado, la condición de todo el legado; luego todo esto se habrá de regular mediante la excepción de dolo malo.

§ 2.—Por lo cual, cuando alguno quiera conseguir alguna cosa así, la conseguirá de este modo: «si legué ó hubiere legado alguna cosa más de lo que fuere lícito por la ley Falcidia, en este caso esté condenado mi heredero á dar, del legado que le di á Ticio, cuanto para completar la cuarta debe deducirse».

§ 3.—Uno, que en sus bienes dejaba doscientos, me legó ciento de presente, y á ti igualmente ciento bajo condición; después de algún tiempo se cumplió la condición, pero de suerte, que de la renta de la suma, que se te dejó, no percibiese más que veinticinco; al heredero se le habrá de hacer la cuenta de la ley Falcidia de modo, que le debamos aportar veinticinco, y además los frutos de cincuenta del tiempo intermedio, que, por ejemplo, importarán cinco. Debiéndose, pues, aportar treinta, opinan algunos, que se habrán de aportar quince por cada uno de nosotros; lo que de ninguna manera es verdad. Porque aunque hayamos recibido la misma cantidad, es, sin embargo, evidente que mi legado es algo más pingüe. Por lo cual se habrá de determinar, que en tu legado hay de menos tanto cuanto de sus frutos hubiere percibido el heredero. Según lo cual, en el caso propuesto debe hacerse la computación de modo que de siete partes yo aporte cuatro, y tú tres, porque ciertamente hay en el mío una cuarta parte más que en tu legado.

89. [90.] MARCIANO; Instituta, libro VII. — Respondieron por rescripto los Divinos Severo y Antonino, que el dinero dejado para alimentos de niños está sujeto á la Falcidia, y que el Presidente de la provincia debe tomar á su cuidado que el dinero se coloque en créditos seguros.

§ 1.—Los Divinos Severo y Antonino respondieron en general por rescripto á Bononio Máximo, que debe pagar intereses el que por causa de fraude imploró el beneficio de la ley Falcidia.

(1) τῶν ἀπορῶν, [ex apicibus], Hal.

(2) quoniam, la Vulg.

(3) scilicet, por quinquaginta, Hal.

(4) quandoquidem, Hal.

(5) hominibus, Hal. y la Vulg.

90. [89.] FLORENTINUS libro XI. Institutionum.—Si heres, cuius fidei commissum est, ut accepta certa pecunia hereditatem restituat, a voluntate eius, qui testamentum fecit, discedat, et postea legis Falcidiae beneficio uti volet, etsi non detur ei, quo accepto hereditatem restituere rogatus est, tamen fideicommissum restituere cogi debet, quoniam quod ei pater familiae dari voluit, legis Falcidiae commodum praestat.

91. [90.] MARCIANUS (1) libro XIII. Institutionum.—In quartam hereditatis, quam per legem Falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas iure hereditario capit, non quas iure legati vel fideicommissi, vel implendae conditionis causa accipit; nam haec (2) in quartam non imputantur. Sed in fideicommissaria hereditate restituenda, sive legatum vel fideicommissum (3) datum sit heredi, sive praecipere, vel deducere, vel retinere iussus est, in quartam id ei imputatur; pro ea vero parte, quam accepit a coherede, extra quartam, id est, quod a coherede accipitur. Sed etsi accepta pecunia hereditatem restituere rogatus sit, id, quod accipit, in quartam ei imputatur, ut Divus Pius constituit. Sed et quod implendae conditionis causa fideicommissum heredi datur, in eadem causa esse admittendum, sciendum est; (4) si quid vero implendae conditionis causa heres accipiat a (5) legatariis, in Falcidiae computationem non prodesse; et ideo si centum praedium legaverit defunctus, si quinquaginta heredi legatarius dederit, centum legatis computationem fieri, et quinquaginta extra hereditatem haberi, ne in quartam ei imputentur.

92. [91.] MACER (6) libro II. de re militari.—Si miles testamento facto partem dimidiam hereditatis suae tibi restitui iusserit, deinde post missionem factis codicillis alteram partem Titio restitui rogaverit, si quidem post annum missionis suae decesserit, et tibi, et Titio heres partem quartam retinebit, quia eo tempore testator decessit, quo testamentum eius ad beneficium principale pertinere desierat; si vero intra annum missionis decesserit, solus Titius deductionem partis quartae patietur, quia eo tempore fideicommissum ei relictum est, quo testator iure militari testari non potuit.

93. [92.] PAPINIANUS libro XX. Quaestionum.—Acceptis a Maevio centum, hereditatem Maevio restituere, pecuniamque post mortem suam Titio dare rogatus est; quamquam haec centum quartam bonorum efficiant, tamen propter fideicommissum sequens quartae retentioni locus erit; tunc enim ex Constitutione Divi Hadriani Falcidiae satisfacit ea quantitas, quam apud heredem remanet. Sed Falcidiam patietur solus, cui hereditas relicta est; nam in centum, quae mortis causa capiuntur, ad-

90. [89.] FLORENTINO; Instituta, libro XI.—Si el heredero, á cuya fidelidad se encomendó que recibiendo cierta cantidad restituyese la herencia, se apartara de la voluntad del que hizo el testamento, y después quisiera usar del beneficio de la ley Falcidia, aunque no se le dé aquello con cuyo recibo se le rogó que restituyera la herencia, debe ser, sin embargo, obligado á restituir el fideicomiso, porque lo que el padre de familia quiso que se le diera, proporciona el provecho de la ley Falcidia.

91. [90.] MARCIANO; Instituta, libro XIII.—Para la cuarta de la herencia, que por la ley Falcidia debe tener el heredero, se computan las cosas que por derecho de herencia adquiere, no las que recibe por derecho de legado ó de fideicomiso, ó para que se cumpla una condición; porque estas no se computan para la cuarta. Pero al restituir una herencia fideicomisaria, ya si al heredero se le hubiera dado un legado ó un fideicomiso, ya si se le haya mandado tomar previamente, ó deducir, ó retener alguna cosa, se le computa para la cuarta; pero respecto á la parte, que recibió del coheredero, fuera de la cuarta, está es, de lo que se recibe del coheredero. Pero aunque se le haya rogado que restituya la herencia habiendo recibido una cantidad, se le computa para la cuarta lo que recibe, según determinó el Divino Pio. Pero se ha de saber, que también el fideicomiso que se da al heredero para que se cumpla una condición, ha de ser admitido de este mismo modo; y si el heredero recibiera de los legatarios alguna cosa para que se cumpla una condición, no aprovecha para la computación de la Falcidia; y por lo tanto, si el difunto hubiere legado un predio que valiese ciento, si el legatario le hubiere dado cincuenta al heredero, se hace la computación con los ciento legados, y se consideran los cincuenta fuera de la herencia, para que no se le computen en la cuarta.

92. [91.] MACER; De los asuntos militares, libro II.—Si en el testamento hecho hubiese mandado un militar que se le restituya la mitad de su herencia, y luego habiendo hecho codicilos después de su licenciamiento hubiere rogado que la otra parte se le restituya á Ticio, si verdaderamente hubiere fallecido después de un año de su licenciamiento, el heredero os retendrá á ti y á Ticio la cuarta parte, porque el testador falleció en tiempo en que su testamento habia dejado de estar comprendido en el beneficio del Príncipe; pero si hubiere fallecido dentro del año de su licenciamiento, sólo Ticio sufrirá la deducción de la cuarta parte, porque el fideicomiso se le dejó en tiempo en que el testador no pudo testar por derecho militar.

93. [92.] PAPINIANO; Cuestiones, libro XX.—A uno se le rogó que recibiendo de Mevio ciento restituyese á Mevio la herencia, y que después de su muerte diese el dinero á Ticio; aunque estos ciento constituyan la cuarta de los bienes, habrá, sin embargo, lugar á la restitución de la cuarta á causa del segundo fideicomiso; porque, según la constitución del Divino Adriano, esta cantidad suple á la Falcidia siempre y cuando permanece en poder del heredero. Pero sólo soportará la Falcidia

(1) Maetianus, Hal.

(2) Hal. y la Vulg.; haec, el código Fl.

(3) vel fideicommissum, omitelas Hal.

(4) Desde Sed et hasta sciendum est, se consideran añadidas por antiguos copistas.

(5) a, omitela Hal.

(6) Marcellus, Hal.

mitti Falcidia non potest. Plane, si quis ita scripsit: «acceptis centum peto restituas hereditatem», neque personam dantis demonstraverit, quasi retentam et praeceptam pecuniam, si quartae sufficiat, inducere Trebellianum.

94. [93.] SCAEVOLA libro XXI. Digestorum.—Filio et filia scriptis heredibus, singulis certa praelegavit, sed longe minus filiae, cui etiam domum obligatam praelegavit cum instrumentis, et quidquid ibi fuerit, et adiecit haec verba: «sed ea conditione lego, ut, quidquid aeris alieni in ea domo erit, Titius, libertus filii mei, exsolvat, et sit iis utrisque domus communis»; quaesitum est, si filia legis Falcidiae beneficio uti volet ad quartam retinendam, an ex hereditate, quae ei relicta est, deducto aere alieno, eius, quod superfuerit, quartam consequi debeat. Respondit, iure quidem id postulatam, verum non alias ea, quae ei data sunt, accepturam, si modo ea quartam suppleant, quam voluntati defuncti solvendum praestando pareret.

95. [94.] IDEM libro XXI. Digestorum.—Maritus uxoris res extra dotem constitutas administravit, eaque decedens ante rationem sibi redditam administrationis ex asse eundem maritum heredem reliquit, eiusque fidei commisit, ut decem uncias filio communi, quum moreretur, restitueret, duas autem uncias nepoti; quaesitum est, an id quoque, quod ex administratione rerum apud maritum resedisse constiterit, cum ceteris bonis pro rata decem unciarum filio restitui debeat. Respondit, id, quod debuisset hereditati, in rationem venire debere.

§ 1.—Filiae, quam mater rogaverat, si impubes decessisset, restituere hereditatem Titio, patruus legitimus heres extitit; in ratione legis Falcidiae ponenda desiderat deduci sortes, ex quarum usuris alimenta impubes defuncta ex persona testatricis suae pluribus debita praestitit; quaesitum est, an, si eas deduxerit, cavere debeat, defunctorum alimentarium portiones pro modo sortium se restitutum. Respondit, debere cavere.

2.—Post aditam hereditatem triennio exacto legatariis heres legem Falcidiam opponit idcirco, quod administravit tutelas testator, quarum ratio nondum reddita sit, et quod neget, tantum redigi ex nominibus posse, quantum in cautione deductum est; quaesitum est, an rationes (1) defuncti, et omnium instrumentorum hereditarium, et pupillarium rationum, legatariis desiderantibus, heres describendi potestatem facere debeat, ne in potestate eius sit proferre, quod velit, et per hoc in fraudem legatarii inducantur. Respondit, ad iudicis officium pertinere, explorare ea, per quae probetur, quanti (2) sit in bonis.

96. [95.] IDEM ex libro singulari Quaestionum publice tractatarum.—Miles si, dum paganus erat,

(1) rationis, Hal.

aquel á quien se le dejó la herencia; porque respecto á los ciento, que se adquieren por causa de muerte, no se puede admitir la Falcidia. A la verdad, si uno escribió así: «te pido que recibiendo ciento restituyas la herencia», y no hubiere designado la persona del que la debía dar, esta cantidad, como si hubiese sido retenida y tomada previamente, si bastara para la cuarta, da lugar al Senadoconsulto Trebeliano.

94. [93.] SCÉVOLA; Digesto, libro XXI.—Uno, habiendo instituido herederos á su hijo y á su hija, prelegó ciertas cosas á cada uno, pero mucho menos á la hija, á la cual también le prelegó con los instrumentos una casa obligada, y todo lo que en ella hubiere, y añadió estas palabras: «pero la lego con esta condición, que Ticio, libertó de mi hijo, pague cualquier deuda que hubiere sobre esta casa, y sea la casa común para ellos dos»; se preguntó, si, queriendo usar la hija del beneficio de la ley Falcidia para retener la cuarta, deberá conseguir la cuarta de lo que hubiere quedado, deducidas las deudas de la herencia que se le dejó. Respondió, que ella ciertamente lo pedirá con derecho, pero que no recibirá lo que se le dió, si esto supliera la cuarta, de otra manera, sino si obedeciese á la voluntad del difunto dando lo que se debe pagar.

95. [94.] EL MISMO; Digesto, libro XXI.—Un marido administró los bienes extradotales de su mujer, y ésta al fallecer, antes de haberse dado cuenta de la administración, dejó á su mismo marido heredero de la totalidad, y encomendó á su fidelidad, que cuando él muriese restituyera diez dozavos á un hijo común de los dos, y dos dozavos á un nieto; se preguntó, si se le deberá restituir al hijo con los demás bienes á prorata de los diez dozavos también lo que constare que quedó en poder del marido por virtud de la administración de los bienes. Respondió, que lo que hubiese debido á la herencia debe ser comprendido en la cuenta.

§ 1.—El tío paterno quedó heredero legitimo de una hija á quien su madre había rogado que, si falleciese impúbera, restituyera á Ticio la herencia; desea que en la cuenta de la ley Falcidia que se ha de formar se deduzcan los capitales, con cuyos intereses la impúbera difunta prestó alimentos debidos á muchos por razón de la persona de su testadora; se preguntó, si, habiéndolos deducido, deberá dar caución de que él restituirá á proporción de los capitales las porciones de los alimentistas fallecidos. Respondió, que debía dar caución.

§ 2.—Transcurridos tres años después de adida la herencia el heredero les opone á los legatarios la ley Falcidia por esta razón, porque el testador administró tutelas, cuyas cuentas no habían sido dadas todavía, y porque decía que no se podía recobrar de los créditos tanto cuánto se dedujo en la caución; se preguntó, si deberá el heredero dar, á los legatarios que la desean, facultad para copiar las cuentas del difunto y todos los instrumentos de la herencia, y las cuentas de los pupilos, para que no esté en su facultad producir lo que quiera, y de este modo sean inducidos á error los legatarios. Respondió, que al ministerio del juez correspondía explorar aquello con que se prueba cuánto haya en los bienes.

95. [96.] EL MISMO; Cuestiones tratadas en público, libro único.—Si mientras era paisano un mi-

(2) quantum, acertadamente la Vulg.; quatenus, Hal.

fecerit testamentum, militiae tempore codicillos, lex Falcidia in codicillis locum non habet, in testamento locum habebit.

TIT. III

SI CUI PLUS, QUAM PER LEGEM FALCIDIAM LICUERIT, LEGATUM ESSE DICETUR (1)

1. ULPIANUS libro LXXIX. ad Edictum. — Si cui plus, quam licuerit, legetur, et dubitari iuste possit, utrum lex Falcidia locum habitura est, nec ne, subvenit Praetor heredi, ut ei legatarius satisfacet, ut, si apparuerit, eum amplius legatorum nomine cepisse, quam e lege Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam det, dolusque malus ab eo abfuturus sit.

§ 1.—Neque interest, utrum in primis tabulis hoc fiat, an in pupillaribus, an in utrisque; etenim legem Falcidiam semel esse admittendam, etiamsi duplex sit testamentum, iam convenit, contributis legatis, tam his, quae ab ipso pupillo, quam his, quae a (2) substituto impubere (3) relicta sunt.

§ 2.—Si non fuisset interposita stipulatio ex persona pupilli, tutelae actio heredi pupilli adversus tutorem competit. Sed, ut Pomponius ait, et ipsi pupillo, et heredi eius poterit committi stipulatio, ipsi (4), quo casu vivo eo Falcidia incipit locum habere. De tutelae quoque actione idem scribit.

§ 3.—Marcellus ait: qui quadringenta in bonis habebat, impuberem filium heredem instituit, eique substituit Titium et Seium; si (5) nihil a pupillo testator legavit, sed a Titio trecenta, utrum ducenta, inquit, praestabuntur, an centum quinquaginta? nam trecenta nullo modo eum praestare. Mihi videtur verius, non amplius eum parte sua erogare compelli, certe nec minus; secundum quod eveniret, ut non soli committatur stipulatio; sed omnibus heredibus interponenda est. Sed causa cognita Falcidiam locum habere, et legatorum modus facit, et aeris alieni onus.

§ 4.—Et si quidem evidens aes alienum est, vel certum, facilis est computatio, si autem adhuc incertum est, quia forte vel conditio eius pendet, vel creditor litem contestatus est, et necdum lis finita est, dubitabitur, quantum legatariis debeatur propter incertum.

§ 5.—Hodie tamen subsimile aliquid fit in fideicommissis.

§ 6.—Quum dicitur lex Falcidia locum habere, arbiter dari solet ad ineundam quantitatem bonorum, tametsi unus aliquid modicum fideicommissum persequatur; quae computatio praeiudicare non debet ceteris, qui ad arbitrum missi (6) non sunt. Solet tamen ab herede etiam ceteris denun-

liar hubiere hecho testamento, y codicilos durante el tiempo de la milicia, la ley Falcidia no tiene lugar en los codicilos, y la tendrá en el testamento.

TÍTULO III

DE SI SE DIJERE QUE Á ALGUNO SE LE LEGÓ MÁS DE LO QUE POR LA LEY FALCIDIA HUBIERE SIDO LÍCITO

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.*—Si á alguno se le legara más de lo que fuere lícito, y con justicia se pudiera dudar si ha de tener, ó no, aplicación la ley Falcidia, el Pretor auxilia al heredero, para que el legatario le dé fianza, de que, si apareciere que él recibió á título de legados más de lo que por la ley Falcidia fuere lícito adquirir, dará tanto dinero cuánto valiere aquella cosa, y de que estará lejos de él el dolo malo.

§ 1.—Y no importa que esto se haga en el primer testamento, ó en el del pupilo, ó en ambos; porque ya se convino que la ley Falcidia ha de ser aplicada una sola vez, aunque el testamento sea doble, reuniéndose los legados, tanto los que se dejaron á cargo del mismo pupilo, como los que á cargo del substituto impubero.

§ 2.—Si no se hubiese interpuesto estipulación por virtud de la persona del pupilo, le compete al heredero del pupilo la acción de tutela contra el tutor. Pero, como dice Pomponio, la estipulación podrá tener efecto tanto para el mismo pupilo, como para su heredero, y en el caso de que para él, comienza á tener lugar la Falcidia viviendo él. Lo mismo escribe también respecto á la acción de tutela.

§ 3.—Dice Marcelo: uno que tenia cuatrocientos en sus bienes, instituyó heredero á su hijo impubero, y le dió como substitutos á Ticio y á Seyo; si el testador no legó nada á cargo del pupilo, sino trescientos á cargo de Ticio, ¿se pagarán acaso, pregunta, doscientos, ó ciento cincuenta? Porque él de ningún modo debe pagar los trescientos. A mí me parece más verdadero, que él no es compelido á pagar más del importe de su parte, ni ciertamente menos; según lo que sucedería, que la estipulación no tendria efecto para él solo; sino que ha de ser interpuesta para todos los herederos. Pero así la cuantía de los legados, como el gravamen de las deudas, hacen que con conocimiento de causa tenga lugar la Falcidia.

§ 4.—Y si verdaderamente es evidente, ó cierta, la deuda, es fácil la computación, pero si todavía es incierta, acaso porque ó su condición está pendiente, ó el acreedor ha contestado la demanda, y no ha concluido aún el litigio, se dudará por causa de la incertidumbre cuánto se les debe á los legatarios.

§ 5.—Pero hoy se hace respecto á los fideicomisos algo un tanto semejante.

§ 6.—Cuando se dice que tiene lugar la ley Falcidia, se suele nombrar árbitro para que se haga la computación de los bienes, aunque sólo uno reclame un módico fideicomiso; cuya computación no debe perjudicar á los demás, que no fueron remitidos al árbitro. Mas por el heredero se les suele avisar

(1) DICATUR, Hal. y la Vulg.

(2) a. se considera añadida por antiguos copistas.

(3) Según corrección del código Fl.; impuberi, la escritura original, Br.

(4) Ipsi, omitenla Hal. y la Vulg.

(5) Según corrección del código Fl., Br.; si, omitenla Taur. según la escritura original.

(6) Taur. según la escritura original; dimissi, corrección del código Fl., Br.

uari fideicommissariis, ut veniant ad arbitrum, ibique causam suam agant; plerumque et creditoribus, ut de aere alieno probent; habet tamen rationem in legatariis, item in fideicommissariis, ut, si offerat integrum, quod relictum est, heres, desiderans cavere (1) sibi hac stipulatione, audiatur.

§ 7.—Si legata quaedam praesenti die relicta sint, quaedam sub conditione, interponenda erit ista stipulatio propter legata conditionalia, dummodo ea legata, quae praesenti sint, integra solvantur. Iulianus denique scribit, si pure, et sub conditione legata fuerint, ne (2) existente conditione lex Falcidia locum habeat, non aliter legatorum, quae pure data sunt, actionem dari debere, quam si cautum fuerit heredi, quanto amplius, quam per legem Falcidiam licuerit, ceperit (3).

§ 8.—Idem Iulianus scribit, eum, cui quadrans sub conditione, et dodrans pure legatus est, cavere debere, quanto amplius, quam per legem Falcidiam liceat, ceperit, reddi.

§ 9.—Haec stipulatio ideo locum habet, quia, etsi repeti potest id, quod solutum est, tamen fieri potest, ut non sit solvendo is, cui solutum est, ac per hoc pereat, quod datum est.

§ 10.—In mortis causa quoque donationibus potest dici, hanc stipulationem esse interponendam.

§ 11.—Haec verba stipulationis: «quod amplius legatorum nomine ceperis (4), quam a lege Falcidia capere licebit», non tantum eum comprehendunt, qui amplius accepit, quam ei Falcidia permisit, ut reddat partem, habeat partem, verum etiam eum, qui totum deberet (5) restituere. Etenim sciendum est, legem Falcidiam interdum partem eius, quod datum est, interdum totum revocare; quum enim habita ratione aeris alieni Falcidia ineatur, plerumque evenit, ut emergente debito, vel conditione aeris alieni existente, totum, quod legatum est, exhauriatur; sed et libertatum conditio interdum existens efficiet, legatum omnino non deberi, quippe quum habita ratione libertatum et deductis pretiis eorum, tunc demum legatorum ineatur ratio.

§ 12.—In quibusdam autem testamentis Falcidia quidem locum non habet, veruntamen ita observatur, ut, licet quadrantem heres non retineat, tamen hactenus legata debeantur, quatenus patrimonii vires sufficiunt, utique deducto aere alieno, item deductis pretiis eorum, qui libertatem in testamento vel directam, vel fideicommissariam acceperunt.

§ 13.—Sed et legatario cavendum est, a quo fideicommissum relinquitur.

§ 14.—Interdum non legis Falcidiae, sed etiam alterius legis in hac stipulatione ratio facienda est, utputa si patronus ex asse heres institutus sit, et pure quincunx legatus sit, et sub conditione aliquid supra debitam patrono partem; nam in hunc casum ratio facienda est illius legis, quae patronos vocat, non legis Falcidiae.

también á los demás fideicomisarios, para que comparezcan ante el árbitro, y allí ejerciten su derecho; y las más de las veces también á los acreedores, para que prueben la deuda; pero respecto á los legatarios, y también á los fideicomisarios, tiene razón para que, si el heredero ofreciera íntegro lo que se dejó, se le oiga al desear que se le dé caución con esta estipulación.

§ 7.—Si se dejaron algunos legados de presente, y otros bajo condición, se deberá interponer esta estipulación por causa de los legados condicionales, con tal que se paguen íntegros los legados que sean de presente. Finalmente escribe Juliano, que si hubiere legados puros y condicionales, para que cumpliéndose la condición no tenga lugar la ley Falcidia, no se debe dar la acción de los legados, que fueron dados puramente, de otro modo, sino si se le hubiere dado caución al heredero de que le devolverá cuanto hubiere percibido más de lo que por la ley Falcidia hubiere sido lícito.

§ 8.—Escribe el mismo Juliano, que aquel á quien se le legó una cuarta parte bajo condición, y tres cuartos puramente, debe dar caución de que se devolverá cuanto hubiere percibido más de lo que por la ley Falcidia sea lícito.

§ 9.—Esta estipulación tiene lugar por esto, porque aunque se puede repetir lo que se pagó, sin embargo, puede suceder que no sea solvente aquel á quien se le pagó, y que por esto se pierda lo que se dió.

§ 10.—Se puede decir que también en las donaciones por causa de muerte se ha de interponer esta estipulación.

§ 11.—Estas palabras de la estipulación: «lo que á título de legados hubieres percibido más de lo que por la ley Falcidia fuere lícito adquirir», comprenden no solamente al que recibió más de lo que le permitió la Falcidia para que devuelva parte y retenga otra parte, sino también al que le debiera restituir todo. Porque se ha de saber, que la ley Falcidia á veces revoca parte de lo que se dió, y á veces la totalidad; porque cuando formada la cuenta de las deudas se calcula la Falcidia, sucede muchas veces que surgiendo una deuda, ó cumpliéndose la condición de una deuda, se agota la totalidad de lo que se legó; pero también á veces cumpliéndose la condición de las libertades hará que no se deba en absoluto el legado, porque solamente se forma la cuenta de los legados cuando se ha hecho la cuenta de las libertades y se ha deducido el precio de los esclavos.

§ 12.—Mas en algunos testamentos no tiene lugar ciertamente la Falcidia, pero se observa que aun cuando el heredero no retenga la cuarta parte, se deben no obstante los legados hasta donde son suficientes los recursos del patrimonio, á la verdad, deducidas las deudas, y deducido también el precio de los que en el testamento recibieron la libertad ó directamente ó por fideicomiso.

§ 13.—Pero también se le ha de dar caución al legatario á cuyo cargo se deja un fideicomiso.

§ 14.—A veces en esta estipulación se ha de hacer la cuenta no de la ley Falcidia, sino de otra ley, por ejemplo, si el patrono hubiera sido instituido heredero universal, y se hubieran legado puramente cinco dozavos, y bajo condición alguna cosa más de la parte debida al patrono; porque en este caso se ha de hacer la cuenta de la ley que llama á los patronos, no la de la ley Falcidia.

(1) caveri, Hal. y la Vulg.

(2) an, Hal.

(3) reddi, añaden Hal. y la Vulg.

(4) ceperit, Hal.

(5) debet, Hal.

§ 15.—Si res, quae legata sit, apud legatarium interierit, probandum est, exceptione succurri ei, qui promisit;

2. PAULUS (1) libro LXXV. ad Edictum.—etiam si, quanti ea res sit, promisit,

3. ULPIANUS libro LXXIX. ad Edictum.—nisi si dolo ipsius aliquid factum sit; tunc enim etiam ex doli clausula, quae in ista stipulatione continetur, tenebitur, et replicatione repelli poterit.

§ 1.—Haec cautio, quae propter legem Falcidiam interponitur, fideiussorum habet praestationem.

§ 2.—Si in plures dies pecunia legata est, quum certum sit, legem Falcidiam locum habere, non stipulationi, sed computationi locum esse Pedius ait, ut aestimetur, quanti sit, quod in diem legatum est, et tantum credatur esse legatum (2); efficit aestimatio, ut pro modo eius ex omnibus legatis statim legis Falcidiae ratio habeatur.

§ 3.—Quoties futurum est, ut palam sit, et ante diem venientem iam Falcidiam locum habere, toties computatio eius fit; nam si conditio in mora est, exspectabimus conditionem, quoad existat; si autem dies superest, iam hic intercapedinis temporis habita ratione atque aestimatione, sic de Falcidia disputabimus, et committi stipulationem dicemus.

§ 4.—Quamvis autem omnes legatarii et fideicommissarii necesse habeant, hac stipulatione cavere, tamen quibusdam remitti, Divi fratres rescripserunt, utputa his, quibus minuta alimenta sunt relicta. Pompeiae enim Faustinae rescripserunt sic: non eandem causam esse decem aureorum, quos annuos tibi testamento Pompeiae Crispinae (3), patronae tuae, relictos proponis, atque fuit alimentorum et vestiarii libertis relictorum, quibus propterea cautionis onus remittendum existimavimus.

§ 5.—Item sciendum est, fiscum hanc cautionem non pati, sed perinde conveniri posse, ac si cavisset; ceteros autem, cuiuscunque dignitatis sint, licet iam (4) legata perceiverint, compelli debere ad cavendum, Divus Pius rescripsit; ex quo Rescripto etiam illud accipimus, quod etiam post soluta legata voluit stipulationem interponi.

§ 6.—Si legatarius heredi, qui controversiam hereditatis patitur iam, vel sperat, de restituendo legato sibi praestito caverit, et evicta hereditas sit, sed negligentia, vel dolo eius, qui legatum praestitit, dicemus, non committi stipulationem propter viri boni arbitrium, quod inest huic stipulationi.

§ 7.—Item si ipse, qui praestitit legatum, ex alia causa sibi evicerit, utputa quia invenitur sequenti testamento heres scriptus, in quo legatum iste legatarius non acceperat, dicemus, committi stipulationem propter viri boni arbitrium.

§ 15.—Si la cosa que hubiera sido legada hubiere perecido en poder del legatario, se ha de aprobar que se auxilie con la excepción al que prometió;

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXXV.*—aunque hubiera prometido lo que valga la cosa,

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.*—á no ser que con dolo del mismo se haya hecho alguna cosa; porque entonces estará obligado también por la cláusula de dolo, que se contiene en esta estipulación, y podrá ser repelido con la réplica.

§ 1.—Esta caución, que se interpone por causa de la ley Falcidia, comprende la dación de fiadores.

§ 2.—Si se legó una cantidad para muchos términos, siendo cierto que tiene lugar la ley Falcidia, dice Pedio que no ha lugar á la estipulación, sino á la computación, para que se estime cuánto importa lo que se legó á término, y se crea que tanto fué lo que legó; y la estimación hace que con arreglo á su cuantía se haga desde luego la cuenta de la ley Falcidia sobre todos los legados.

§ 3.—Siempre que ha de suceder que sea evidente que aun antes de llegar el vencimiento tiene lugar la Falcidia, se hace su computación; porque si la condición está pendiente, esperaremos hasta que se cumpla la condición; pero si resta plazo, ya en este caso, hecha la cuenta y la estimación del intervalo de tiempo, calcularemos de este modo respecto á la Falcidia, y diremos que tiene efecto la estipulación.

§ 4.—Mas aunque todos los legatarios y fideicomisarios tengan necesidad de dar caución con esta estipulación, sin embargo, respondieron por rescripto los Divinos hermanos que se les dispensa á algunos, por ejemplo, á los que se les dejaron unos cortos alimentos. Porque respondieron así por rescripto á Pompeya Faustina: no es la misma la causa de los diez áureos que expones se te dejaron para cada año en el testamento de Pompeya Crispina, tu patrona, que fué la de los alimentos y del vestido dejados á los libertos, á quienes por lo tanto hemos juzgado que se les debía dispensar la carga de la caución.

§ 5.—También se ha de saber, que el fisco no está obligado á dar esta caución, pero que puede ser demandado lo mismo que si lo hubiese dado; pero el Divino Pío respondió por rescripto, que los demás, de cualquier dignidad que sean, deben ser compelidos á dar la caución, aunque ya hubieren percibido los legados; por cuyo rescripto admitimos también esto, que quiso que se interpusiera la estipulación aun después de pagados los legados.

§ 6.—Si el legatario le hubiere dado al heredero, que ya soporta cuestión sobre la herencia, ó que la espera, caución de restituir el legado que se le entregó, y se hubiera hecho evicción de la herencia, pero por negligencia, ó por dolo del que entregó el legado, diremos que no produce su efecto la estipulación por razón del arbitrio de hombre bueno, que es inherente á esta estipulación.

§ 7.—Y también si el mismo que entregó el legado hiciera para sí la evicción por otra causa, por ejemplo, porque se halla instituido heredero en un testamento posterior, en el cual este legatario no había recibido el legado, diremos que produce su efecto la estipulación por razón del arbitrio de hombre bueno.

(1) Papinianus, el código Fl.

(2) Taur. según la escritura original, Br.; quan, inserta la corrección del código Fl.; quantum efficiat, Hal.

(3) Según enmienda Br.; Crispinae, el código Fl.; Crispinae, Hal. y la Vulg.

(4) etiam, Hal.

§ 8.—Et generaliter ubicunque hereditatem, vel quantitatem, vel emolumentum praestitit is, qui hac stipulatione sibi prospexerat, dicendum est, ibi committi eam, si modo culpa abest ab eo, qui stipulatus est.

§ 9.—Quaesitum est, an saepius committatur. Et placet, etiam saepius eam committi, si per partes ablata est hereditas.

§ 10.—Si legatum fuerit praestitum ante interpositam hanc stipulationem, an condici possit, ut cautio ista interponatur? movet quaestionem, quod ea, quae per errorem ommissa vel soluta sunt, condici possunt; et hic ergo quasi plus solutum videtur ex eo, quod cautio intermissa est. Et ait Pomponius, conditionem interponendae satisfactionis gratia competere; et puto hoc probandum, quod Pomponius, utilitatis gratia.

4. PAULUS libro LXXV. ad Edictum. — Haec autem satisfactio locum habet, si iusta causa esse videbitur; nam iniquum erat, omnimodo caveri, nondum illata controversia litis, quum possint ei lusoriae (1) minae fieri; ideoque eam rem Praetor ad cognitionem suam revocat.

§ 1.—Si duo ex testamento hereditatem in solidum sibi vindicent, forte quod eiusdem nominis sint, tam in possessorem, quam in petitores competunt actiones et creditoribus, et legatariis.

§ 2.—Haec cautio utique necessaria est, si quis pecuniam suam solvat, vel (2) rem tradat; si vero pecuniam hereditariam solvat, vel rem tradat, quidam non putant cavendum, quia nec teneri potest eo nomine victus, quum non possideat, vel dolo fecerit, quominus possideat; hoc, si ante motam controversiam solvat, quodsi postea, tenebitur culpa nomine.

§ 3.—Sed quum de nomine inter duos quaestio est, numquid non sit cavendum ei, qui hereditariam rem tradat, quia omnimodo unus liberatur, quemadmodum si aes alienum hereditarium solvatur? Sed si petitor suam pecuniam solvat (3), aut rem suam tradat, non habet, unde retineat, et ideo necessaria est ei cautio.

5. MARCELLUS libro XXI. Digestorum. — Videamus, an stipulatio: «qua amplius per Falcidiam licuerit, ceperis (4), dari», adversus eum non sufficiat, qui legatum alii restituere ex fideicommissi causa debet. Sufficiet autem dici, nihil eius fideicommissum esse; cavebit scilicet (5) legatario et is, qui fideicommissum accipiet, nisi forte mallet legatarius circuitu sublato heredi caveri. Sed et legatario praeterea cavendum est, si, ut plerumque aequum est, pro rata ex fideicommissis retinere ei concedendum est, quamvis tantum ex legato apud eum erit remansurum, ut sufficere possit ad praestandum fideicommissum.

§ 8.—Y en general, siempre que el que habia mirado por si con esta estipulación entregó la herencia, ó una cantidad, ó un emolumento, se ha de decir que ella produce su efecto, si es que no hay culpa en el que estipuló.

§ 9.—Se preguntó, si producirá su efecto muchas veces. Y está determinado, que ella produce su efecto muchas veces, si la herencia fué tomada por partes.

§ 10.—Si se hubiere entregado el legado antes de haberse interpuesto esta estipulación ¿se podría ejercitar la condición, para que se interponga esta caución? Promueve esta cuestión el que se puede reclamar por la condición lo que por error se omitió ó se pagó; y aquí, en efecto, parece como que se pagó más por esto, porque se omitió la caución. Y dice Pomponio, que compete la condición para que se interponga la fianza; y opino que se ha de aprobar esto, que dice Pomponio, por razón de utilidad.

4. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXXV. — Mas esta fianza tiene lugar si pareciere que hay justa causa; porque era injusto que de todos modos se diera caución, no habiéndose suscitado todavía la controversia del litigio, pudiéndosele hacer á él amenazas vanas; y por esto el Pretor avoca á su conocimiento este asunto.

§ 1.—Si en virtud de un testamento dos reivindicaran para sí toda la herencia, acaso porque sean de un mismo nombre, les competen así á los acreedores como á los legatarios acciones, tanto contra el poseedor, como contra el demandante.

§ 2.—Esta caución es ciertamente necesaria, si alguno pagara con dinero propio, ó entregase una cosa suya; pero si pagara con dinero de la herencia, ó entregase cosa de esta, algunos no creen que se deba dar caución, porque tampoco puede quedar obligado por este título el vencido, no poseyendo, ó no habiendo hecho con dolo de modo que no posea; esto, si pagara antes de promovida la controversia, pero si después, estará obligado por razón de la culpa.

§ 3.—Pero cuando entre dos hay cuestión sobre el nombre, ¿acaso no se le habrá de dar caución al que entregue la cosa de la herencia, porque de todos modos uno queda libre, á la manera que si se pagara una deuda de la herencia? Mas si el demandante pagase con su propio dinero, ó entregase una cosa suya, no tiene de donde retener, y por lo tanto le es necesaria la caución.

5. MARCELO; Digesto, libro XXI.—Veamos si la estipulación: «que se dé lo que hubieres percibido más de lo que fuere lícito por la Falcidia», no basta contra el que debe restituir á otro el legado por causa de fideicomiso. Mas bastará que se diga que no se encomendó nada á su fidelidad; dará, pues, caución al legatario también el que recibiere el fideicomiso, si acaso el legatario no prefiriese que prescindiéndose del rodeo se le dé la caución al heredero. Pero también se le ha de dar además caución al legatario, si, como es justo las más de las veces, se le ha de conceder que á prorata retenga del fideicomiso, aunque del legado hubiere de quedar en su poder tanto que pueda bastar para pagar el fideicomiso.

(1) elusoriae, por el lusoriae, la Vulg.

(2) suam, inserta Hal.

(3) Hal. y la Vulg.; solvet, el código Fl.

(4) quo amplius, quam per Falcidiam, todas las ed. cita-

das por Br.; quo amplius ceperis, quam per Falcidiam licuerit, dari? Hal.

(5) autem soli, por scilicet, Hal.